testate nostra:quia possumus nos munire ne cause productiue tristitie possint in nobis aliquid parere tñ nostre sunt in potestate nostra cū eas possimus ad nutū abolere. ¶Tertio modo tristitia generatur de obiecto non absolute nolito/sed absolute volito/ꝛ conditionaliter nolito. Exemplum/quando Gottes mercator ejecit cargas merces in fretum gratia nauis euouerande tēpore tempestatis:tunc tristatur:ꝛ tamen efficaciter libere ꝛ categorice vult res suas ejecere:vt libertas contra coactionem distinguatur:nō autem cōtra timorē: cū membris motiuis imperet/ vel alijs in naui vt res suas ejeciant.proijcit libere:vel facit alios ejecere res suas : ergo absolute vult/ꝛ tamen conditionaliter nult : quia si posset aliter euadere:res suas nollet ejecere illa nolitio conditionata si non sit sufficiens ad exemdū in opus: tamen sufficienter generat tristitiam/vt in multis casibus in nobis experimur . ¶Contra illud argumentor: sequitur q̄ mercator magis gaudet q̄ tristetur res suas ejeciendo:illic est magis de volito q̄ nolito:ꝑm Arist.iij. Ethicoꝝ.ꝛ iam ostensum,velle causat gaudiū sicut nolle tristitiam:ergo magis gaudet mercator de electione rerum. ¶Respondetur/gaudium de vno obiecto ꝛ tristitia de alio non repugnāt/nec de eodē obiecto : dum modo a variis notitijs causantur:si res nō sint ei multū cordi:ꝛ credit per earum electionem saluari:non multū tristabitur.si contra:multum tristabitur.sufficit ergo nobis q̄ nolitio conditionata tristitiam generet / puto q̄ volitio causet gaudium. ¶Quarto modo ꝑm cōmunem viam quā reor esse verā:generatur tristitia a nolitione naturali cū cognitione. illa nolitio naturalis nō est aliquis actꝰ positiuus a voluntate distinctus : sed est ipsa voluntas voluntas inquā vt natura/aliqua refugit: vt puta omne quod est ei nociuum:vt separationē a corpore: quia appetitu naturali appetit corpori vniri. ꝛ tunc si intellectus volūtati ostendat separationē anime a corpore/que est contra naturalē anime inclinationem/ tūc causatur in voluntate tristitia sine aliquo actu voluntatis positiuo ꝓcuio/ꝛ hic modus a secūdo non plurimū differt. ¶Quinto modo causatur tristitia a dolore sensus:voluntas pro hoc statu sic est sensui coniuncta:si doloꝛ fuerit in sensu:patitur tristitiā causat in voluntate/ꝛ viceuersa alia peccatoꝝ detestatio in volūtate corpus alterat fletū in corpore disposito vbertim citat/ et si delectatio fuerit in sensu causatur spiritualis delectatio vel gaudium in volūtate sine aliquo actu ꝓcuio:ꝛ sic si aliqua virgo a tyranno violente cognita fuerit:in ea generabit gaudiū sine aliqua culpa:que quidē delectatio spiritualis a delectatione sensus generabitur.Sic enim potē alia qua delectatio surreptitia precedere in voluntate oēm actum liberū voluntatis:ꝛ sicut ponitur in delectationibus surreptitijs:ita potest poni in tristitijs ꝛ dolorib⁹ respectu obiectoꝝ tristium/ vt sicut intellectus cooperatur sensui fortiter immutato:si nō sit circa alia distractus:ita voluntas cōpatitur appetitui sensitiuo patiēti circa idem obiectum:si nō impediatur voluntas aliūde per aliud impedimētum.¶Quartus modus a quinto differt/quia anime separate cōuenire potest quartus/ non autē extremus modus. ¶Contra quartū modum argumentor sic: occidens volūtarie seipsum/quemadmodū fecit Achitophel:non tristatur ꝑm animā:licet doleat ꝑm sensum:ꝛ tamē corruptio illa est volūtati diseconueniens vt natura. ¶Preterea martyres ibant letāter ꝛ cū mētis letitia ad mortē ꝛ ad carceres/iuxta illō Actuū v.de apostolis. Apostoli enim gaudētes ibant a cōspectu cōcilij:quia digni habiti sunt pro nomine Jesu contumeliam pati ꝛ gaudiū mentis nō cōpatitur tristitiā de eodē obiecto. Preterea res insensibiles habēt naturalem appetitū ad sui esse/ per qō naturaliter resistunt corūpenti.sed quia non habēt aliquē actum elicitū:ex sui corruptione nō habēt doloꝛē vel tristitiā. Idē videt de volūtate vt est appetitus naturalis. ¶Que rationes quartū modū nō sufficienter reprobāt . ¶Ad primum argumētum negetur q̄ Achitophel nō tristatus fuisset ꝑm animā in morte. ¶Ad secūdū argumētum/dicereꝫ q̄ tristitia in anima gentis vt natura nō est cōtraria letitie habite per desiderū volendi patiper varias apprehēsiones/idē cū potest esse voluntū ꝛ nolitum:vt alibi dicitur. ¶Ad tertiū dico q̄ appetitus rei naturalis non requirit ꝓcuiā cognitionem rei appetēde vel fugiēde: ideo in ea nō generatur tristitia/sed volūtas vt natura habet cognitionē ꝓcuiā ministratā per intellectū.ideo licet non habeat actum elicitum:nō obstāte tristabitur secus est de re insensibili:nullā cognitionē habente . Si vero poneretur tātus doloꝛ in appetitu sensitiuo vel delectatio/vt intellectus nō apprehenderet ꝛ nō haberet vsum rationis:tunc nō habebit tristitiā plusq̄ res insensibilis . Aut quintū modum negaret protinus diceret q̄ violente corrupta solū delectatur ꝑm sensum tactus: sed nō habet letitiam in mente/ꝛ diceret q̄ volitiones surrepētite nō sunt in potestate volūtatis/sed causantur ex apprehensione intellectus ꝛ a voluntate:ꝛ postea eadem naturalitate ac necessitate delectationem causant. Ecce in valore quinq; modos recitatos de tristitie vel gaudij generatione:quoꝝ tres primos credo veros sine scrupulo.duo postremi modi sunt ꝓbabiles/ꝛ cōmunis schola hos ponit: propterea quinq; hos modos pono. ¶His ꝓsuppositis respondeē affirmatiue ad questionē per duas cōclusiones. Quarum prior est. Christus vere passus est dolores ꝓ nobis. Secunda cōclusio. Christus passus est ꝓ nobis tristitiā. Prior conclusio patet:tristi applicatio obiectoꝝ disconuenientium sensibus Christi. modo actiuo ꝛ passiuo approximatis seclusō impedimēto ponit actio.hic nō fuit impedimentū. Et patet eadē cōclusio Esaie.liij. Vere dolores nostros ipse tulit.ꝛ Dolorem.c.xxij.tertij. Diuina voluntas in Christo volebat ꝛ gnittebat carni agere ꝛ pati ꝓpria.sed ꝓprium est carni cū inciditur ꝛ fortiter percutit;pati doloꝛem: igitur. ¶Secūda cōclusio patet Matth.xxvi. Cepit cō tristari ꝛ mestus esse . ꝛ Tristis est anima mea vsq; ad mortē. Et Luce.xix.de Christo scribitur:q̄ videns ciuitatē fleuit super illā:sed fletus signū est tristitie.igitur. ¶Contra priorem cōclusionē obiicitur ꝑm Augu.x.de trinit.c.xiij. Christus mortuus est/quia voluit/ꝛ quando voluit/ꝛ quomodo voluit:ergo Christus pro lesione sui corporis nullum penitus doloꝛē in sensu habuit. ¶Secūdo:quādo mens multū rapitur circa celestia: corpus nil sentit.hinc ꝓPaulus cum raptus esset ad tertiū celū nō sentiebat ea que in suo corpore gerebantur. vnde.ij. Corinthioꝝ.xij.nesciebat vtrū raptus fuisset in corpore an extra corpus:sed Christus ꝑm animam maxime deo cōiungebatur:quia habuit charitatē infinitam. ex.xvij. distinctione/ꝛ actus fruitiuus eius respectu dei fuit infinitus in gradu.ergo nihil sentiebat in corpore. ¶Ad primū/concedo q̄ voluntas rationis Christi pati volebat.sed ex illo nō sequitur q̄ appetitus sensitiuus non pateretꝫ caloꝛē.appetitus enim sensitiuus naturaliter refugit corporis tormenta.si enī quis vellet q̄ amputareꝫ articulus pedis ꝓpter aliquē morbū/vel cūm rōnabile nō obstāte cū sensu sentit ꝓiectionē obiecti discōueniētis volet ex natura rei obiectū cē sensui discōueniēs

quowe ꝙ dic. ap appē. inā nō ꝓsupponit cogni tionem aliquam in disp. in ejde. ratione est appē ꝓsa in animato et in vanio ff.

† si sola nolitio nō generat tristiam vt q̄ sit aliq̄ distinct. vtr. n. vō ide generat partium abstq; actu / et cū ſ. nolitio nō requirat n. ꝓsupponit cognitoꝝ abstq; cognitione ēt tristitia q̄ ſm. n. ē. ꝓ mer ar in re inanimata. ff.

† n. vē ille ſ. m. generari tristitia absq; vīi actu in re. ꝓpria eadem ratiōe. vide. n. contra est ind. actꝰ et partiū. eidem pñ. in decimo nono. ff. abſq; semp in pō. ēt passiō ēt.

¶Ad secūdum dicendum est q̄ non est idē de Paulo ⁊ Christo. Christus enim erat cōprehēsor ꝑfectissim⁹ sm animā: ⁊ viator ꝑfectissimus sm corpus. in quo actus viatoris actū cōprehēsoris non ꝑpediebat: nec ecōuerso. secus erat de Paulo: sine vicat instātance beatus sine nō. quia hoc est de vocabulo certare nō curo. ¶Contra secūdā cōclusionē argumēto:. Eccle.iij. scribitur: In tristitia nō est virtus: sed i anima Christi nulla fuit passio inutilis: ergo in ea Christi nō fuit tristitia. ¶Cōfirmat hec auctoritas q̄ Esaiē.lij.c. dicētē: Non erit tristis neq; turbulētus. ⁊ q̄ Sapiēte Prouer. xij. Non cōtristabit iustū quicquid acciderit. ⁊ q̄ Arist. vij. Ethicor. dicētē. Ois tristitia est malū ⁊ fugiēdū. ⁊ q̄ eiusdē. iij. Topicor dicētē. Eadē sunt magis eligēda sine tristitia q̄ cū tristitia. ¶Secūdo obiciē q̄ argumētū tertiū cōtra modū primū generationis tristitie: cuius replica relinquebat Christus erat patiētissimus: ergo nō habuit tristitiam.

¶Respōdetur/ prime ille auctoritates intelliguntur de tristitia q̄ est cōtra imperiū rationis ⁊ pellit hominē a recta ratione. Aristo. ij. Ethicor cōtra Stoicos probat passiones animi cadere in sapientē. sed in ꝓposito hec tristitia fuit volūtarie assumpta a Christo: sicut natura humana. ⁊ q̄ voluit ostendere se talē naturā realiter accepisse/accepit defect⁹ naturales inculpabiles nature. Sed dicit: cū primū corpus Christi habuit suā beatitudinē q̄ corporis dotes: nō amplius patiebatur: ergo nec anima pati debuit cū primū habuit beatitudinē: sed illā habuit a primo instāti quo erat in rerū natura: ergo nō debuit pati postea tristitiā. ¶Respōdet q̄ nō est simile. fuit enim viator sm corpus. ⁊ decreuit pati ꝓ nostra redēptione. ⁊ si anima afflictionis fuisset immunis: pati nō poterat quia cū primū habuit corpus beatū: nō amplius patiebat: habere aūt animę felicitatē ⁊ corporis dotes sunt separabilia. stat ergo vnū sine altero habere.

¶Ad secūdū argumētū: dico ipsum est ex his quodam modo solutū. Dico enim q̄ Christus habuit patiētia et virtutes oēs in gradu heroico: que nullo modo tristitiā rationi cōformē excludūt. nec Job fuit sine tristitia. Alii qua patiētia munit hominē vt equanimiter ferat aduersa/ⁿ nō deficiatur a ratione. Christus ergo tristatus est sm rationē. ⁊ etiā sic timuit: sm q̄ Mar. xvij. scribit de Christo: q̄ pauere cepit ⁊ tedere: sed aliter q̄ nos qui sumus eius mēbra: sicut magister ex Hieronymo in litera allegat cap. vi. Nos enim causa peccati nostri his oēs fectibus necessaria subiacemus. ⁊ in nobis sunt isti defectus sm ꝓpassionē. ⁊ passionē sed in Christo non/ sed tm sm ꝓpassionē. tūc vero est ꝓpassio/ⁿ non passio: quādo quis timet ⁊ tristat conformiter ad rationē: sed rationis limitē in nullo trāscēdit. Sed tūc quis habet passionē ⁊ ꝓpassionē: quādo quis a ratione deficitur per istas tristitias: ita q̄ mala perpetret. patet de his qui sibi mortē conscifcunt ob fugiendā tristitiā: vt Ateniēs Cato/ Hannibal/ Cleopatra/ⁿ huiusmodi. Fortis est timidus vt homo: dicit philosophus. iij. Ethicor in materia de fortitudine: hoc est sm rectā rationem sicut erat de Christo. ⁊ primo Eneidos Maro nō solū Eneā describēs: sed talē virum qualem expeteres: dicit q̄ timuit/ inquiēs. Extemplo Enee soluūtur frigore mēbra: ergo viri fortis est timere quādo oportet. ⁊ tales passiones realiter Stoici negant a sapiente: vt in dict. xxxvi. huius dicemus/ q̄ parū ad rem vel nihil/ ab his differebat phūlosophus/ vt Augustinus existimat. Similiter trascebatur zelo ordinatissimo Joannis. ij. Zelus domus tue comedit me: quādo eiecit ementes ⁊ vēdētes de tēplo. cōmunius tñ vocatur mittitas quādo homo trascēt sm rectā rationē solum. sm illud Psal. liij. Irascimini et nolite peccare. ⁊ patet per rationē: quia sicut ex apprehensione mali presentis causatur tristitia: sic timor ex apprehensione mali futuri: sed talis apprehēsio fuit in Christo. Item: tristitia est sufficiēs causa tre. ex tristitia alicui illata oritur appetitus repellendi vel vindicādi iniuriā factā. q̄ ñ i Christo fuit tristitia: cetā sequuta est ira nō tamē habuit excessum in ira: quā iracūdiā cōmunius dicimus: habuit volitionē efficacem vindicādi ma lefactū ⁊ra honorē dei: vt possibilem vindicari/ cū difficultate ex parte nature humane/ si sibi relicta fuisset: ex parte vel nulla erat difficultas. hec tamē ꝓpassio non fuit in Christo contra vel preter imperium rationis sed sm imperium voluntatis ⁊ rationis recte. dixi cū difficultate: si apprehendatur iniuria ab aliquo probo viro vt nō possibilis vindicari tunc solum tristatur: si apprehendatur vt possibilis vindicari sine difficultate nō insurgit passio ire: vt quādo regens suū scholasticum mittem percutit. ⁊ patet per simile in naturalibus: leo contra animosum animal pugnaturus/ tetram cauda ferit. ⁊ se calefacit: paruā bestiā capiēs ꝓ preda: hoc nō facit.

¶Esce quoniā pacto dolor ⁊ tristitia generentur/ⁿ quo modo in Christo fuit verus dolor/ timor/ mittitas/ ⁊ tristitia realiter: sed omnia cum ratione. sapiēs has passiones habet sm rationem. auctoritates omnes que in oppositū sonant: loquūtur de excessu in his passionibus/ hoc est quādo sunt cōtra rectā rationē: vt ꝓuerbior xviij. Justus quasi leo confidens absq; timore erit.

¶Aliter enim huiusmodi affectus fuerant in Christo et in nobis. ⁊ discrimen est quo ad tria. Primo ad obiectum: quia huiusmodi passiones in nobis crebro in illicita tenduntur: nō autē in ipso. ¶Secundo sm nobis huiusmodi passiones iudicium rationis preueniūt: non sic in Christo. ¶Tertio huiusmodi passiones in nobis crebriter non sistunt in appetitu sensitiuo/ sed in rationem redundant/ eam perturbātes/ⁿ a recto retrahētes. hoc Christo nūq̄ contigit. Adhuc concludendo dico a nolitione categorica causatur tristitia. Secūdo a volitione alicuius ⁊ iudicatur oppositū cōtingere/ vt volo amicū viuere quē iudico morturū. Tertio a nolitione cōiuncta. Quarto quādo intellectus ostēdit volūtati aliqd q̄ hoc illi vt nature disconuenit vt mors/ ⁊ hic modus coincidit cū hoc q̄ dicitur apprehēsio displicibilis voluntati vt nature. Experimur eā nōnūq̄ tristitiā nō esse in facultate nostra sūtā: q̄ mētis affectus sensum transmutat/ⁿ eū cōtristat letificat ve secū eius affectū/ letus habet vultū hilarē ferenūq; ⁊ mestus luctū facie mostrat: pōt dici q̄ dolor ⁊ sensus cū notitia hac: it: intellect⁹ tristitiā in volūtate ꝓducūt. Pari forma tristitia ⁊ sensato dolorē. si obiectū cadat sub obiectū sensus/ sed de hac efficiētia non magnopere refert: certior eā est horū affectuū cōnexus/ q̄ eox effectuū causalitas.

Secundo cōtinuādo hāc materiā queriē an fuerit in Christo maximus dolor ⁊ tristitia maxima in anima sm oēm partē ⁊ portionē eius/ licet anima realiter non habeat partes (vt i secūdo dixim⁹) tñ loquor vt plures. Alterius reminiscere q̄ in distinctione. xxiij. dicta sunt de aīe portionibus. his ꝓmissis pono cōclusiones nouē. ¶Quarū prima est in Christo fuit ver⁹ dolor, pbatio hui⁹ cōclusionis pt⁹ recitata est: ⁊ adhuc pbāt eadē. corpus xpi fuit optime cōplexionatū: q̄ fuit optīe susceptiuū ⁊ receptiuū doloꝝ.

¶Secūda cōclusio: Christus habuit dolorē sm sensum precise respectu propiū corporis/ⁿ nō alieni. patet: sensus solū percipit penā sui corporis ⁊ partiū eius. si videā te in igne cobustum: propterea nō doleo in sensu: si sm extra spheram actiuitatis ignis: licet forte mente trister. ¶Hunc veniendo ad tristitiam ponuntur conclusiones. ¶Quarū prima est ⁊ tertia in ordine totius questionis. Voluntas anime Christi vt natura: similiter vt sensui cōiuncta/ de eisdē tristabat de quibus volebat ipse sensus Christi. patet: si sensus vehemēter patiatur a delectabili vel obiecto doloris causatiuo: ⁊ intellect⁹ potest esse in vsu suo: naturale est vt cooperetur potētie cōiuncte: ⁊ volūtas cōpatiatur delectādo vel tristādo ipsi appetitui sensitiuo. ⁊ quia in Christo ratio ꝓmāsit in suo vsu: ⁊ volūtas nō fuit absorpta a dolore appetit⁹ sensitiui: ⁊ intellectus intuitiue illum dolorē apprehendit ⁊ voluntati ostēdit: illa voluntas cōdoluit: quia naturaliter inclinabatur ad oppositum: que inclinatio ad tristitiā sufficit: sm notata in questione pcedēti. Insuꝑ/ voluntas appetitui sensitiuo colligatur: et illa colligatio in Christo fuit perfectissima: ⁊ intellectus apprehēdit illud obiectū doloris causatiuū: quia nō fuit tristitia absorpta neq; impeditus: ergo ratione illius fuit tristitia in voluntate. ¶Quarta cōclusio: anima Christi vt libera sm portionem superiorē propie captā nō habuit tristitiam. patet: illa portio precise respicit deum ⁊ eius intrinseca: sed nihil talium noluit anima Christi: igitur de talibus nō tristabatur. ¶Quinta cōclusio: Christus non habuit tristitiam de carentia fruitionis aut peccato proprio. patet: semp fruebatur: ⁊ nūq̄ peccauit. Nullum enim peccatum/ fecit: nec inuentus est dolus in ore eius. Esaie. liij. ¶Sexta conclusio: Christus sm portionem superiorem late acceptū nō habuit tristitiā de sua passione aut morte sequētem nolitionē absolutā. patet: deliberate ⁊ categorice voluit mori. oblatus est quia voluit. ergo non habuit nolle respectu talium: quia tunc qualitates contrarie fuissent in voluntate eius: q̄ non est hic concedendum. ¶Septima conclusio: Christus sm portionem superiorem late acceptā habuit tristitiā cōsequētem nolitionem absolutā de peccatis aliorum: vtpote de Judeorum ⁊ Ethnicorum infidelitate: ⁊ hominū obstinatione pro quibus passus est: et omnis hec eius anima distinctissime nouerat ex dictis in distinctione precedenti. Ista conclusio probatur auctoritate Ambrosij super Lucam: ⁊ magister in litera allegat: doles domine non tua vulnera sed mea. ¶Octaua conclusio probabilis: Christus tristabatur de sua passione tristitia consequente nolitionem liberā sm portionem superiorem late acceptam. probatur: voluntas anime nolūit nolitione conditionata pati mortem: nō tebat enim: Pater si possibile est trāseat a me calix iste: talis nolitio erat libera: ergo erat bona/ⁿ per consequens in deum referebat. hoc est nolluisset absolute pati quātū est ex sensū ofa fuissent ita bene sine ea sicut cum ea. patet obiectū patiente non est sm se eligibile: sed propter aliud. illud patet tertij Ethicorū. ix. ca. vbi dicit philosophus in no ua translatione: amors quidē atq; vulnera viro forti molesta erunt atq; inutto: feret tamen q̄ honestū est ea ferre/ vel turpe nō ferre. atq; quo magis omni virtute pollet ⁊ felicior est: eo magis ob mortem fane volebit. vir eñ talis maxime dignus est vita/ maximisq; bonis potiatur id ipsum sciens: q̄s quidem dolorem affert. verū nihilominus est fortis: ⁊ eo magis fortasse q̄ honestatē (que est in bello) his anteponit. vbi Aristo. dicit: q̄ fortis non querit absolute mortem/ sed viuere. ⁊ quāto melior fuerit magis querit viuere: vt alios ⁊ sibi prosit. sed si res nō potest aliter comm ode ⁊ honeste fieri/ honestatem magis eligit q̄ viuere. modo Christus fuit felicissimus ⁊ fortis cuius vita fuit vtilis: et si genus humanū potuisset aliter liberari/ absolute mori noluisset: sed q̄ decretum erat a patre q̄ moreretur pro generis humani redemptione/ pati voluit. hoc idem probatur auctoritate Augustini. xiij. de trini. cap. vij. vicentis: licet tristis per fortitudinē paratus est excipere/ⁿ equo animo ferre quicquid aduersitatis acciderit: mauult tamē vt nō accidat/ et si potest facit/ atq; ita paratus est in vtrūq; vt quantum in ipso est alterum optet/ alterum vitet. et si qō vitatur inciː reret: ideo volens ferat quia fieri non potuit qō volebat: hoc est quantum in ipso fuit. Modo ad nolle conditionale sequitur tristitia: ⁊ licet volitio ⁊ nolitio vnifōmiter capte respectu eiusdem obiecti contrarientur: ⁊ gaudium ⁊ tristitia que sequūtur: tamē tristitia nolle conditionale sequens/ ⁊ gaudium sequens velle pati mortem categorice/ non contrariantur/ sicut volitio categorica ⁊ nolitio conditionata nō repugnāt.

¶Contra hanc cōclusionem est difficultas: nūq̄ nolitio conditionata generat tristitiam nisi cōditio fit simpliciter ⁊ absolute nolita. si mercator vellet tempestatē esse tempore electionis rerum suarum/ nō tristaretur: sed voluntas anime Christi voluit genus humanū redimi per mortem Christi. intellectus Christi scibat deum illud velle/ⁿ volūtas Christi conformabat se illi/ cum erat in particulari cognitum. Sed dici potest. non erat necesse voluntatē Christi illud actualiter velle. Illū enim actū volendi suspendebat deus illa tempestate/ nō aute tempus passionis sed paulo post nouissimā cenam eius afflictio inchoata est que ad horā dicī sequētis producta est. ⁊ nūc nolitio cōditionata sufficit producere tristitiā.

¶Nona cōclusio: voluntas Christi vt libera sm portionem inferiorē nō est tristata de passione Christi tristitia sequente vel producta a nolitione absoluta. probatur: Christus nullum actū liberum habuit voluntati diuine difformē: ergo volūtas anime Christi sm portionem inferiorem nō habuit nolle categoricum quo noluit pati. Insuper in portione superiore rationis fuit hoc iudicium patiēdum est a me: ergo non potuit esse talc iudicū in portione inferiore rationis/ non est patiendum a me/ cū sint vna ⁊ eadem res tīle que portiones. ¶Sed dicis: actus portionis superioris tam intellectus q̄ voluntatis habet deum pro fine ⁊ partiali obiecto. in intellectu erat iudicium patiendum est a me propter deum: vel cōformiter ad voluntatem dei ⁊ in voluntate erat actus ei respondens ab illo iudicio regulatus: portio inferior de deo non dictat: nec in deum suū actū refert. sic dicta: non est patiendum a me. ⁊ nolo pati. modo sīt actus intellectus et voluntatis non habent eadem obiecta adequata/ ergo non contriantur: exemplum in simili: volo esse in luto pro centum aureis/ et nolo esse absolute in luto: ¶Sed cōtra hoc argumētor: eadem res est portio superior et inferior: er portio inferior habet nolle patiendi: et iudicat non esse patiendum. et portio superior iudicat esse patiendum pro deo. ergo simpliciter est patiendum: et vult pati pro deo. ergo pati vult. ergo actus contrarij sunt in eodem. ¶Responderetur facile: hec consequentia est nulla: volo pati pro deo/ ergo volo pati simpliciter: quemadmodum non sequitur: volo esse in luto pro centum aureis/ ergo volo esse in luto simpliciter. Volitio ⁊ nolitio de eodem sm varias apprehēsiones non opponūtur. Ecce quot ⁊ modis cauillationes none et octaue conclusiones dari possunt.

¶Contra ista argumentor sic: Christus fuit cõprehen sor sm animã vt in ẽstione ꝓcedenti retulimus: ergo habuit maximũ gaudiũ/modo excellens gaudiũ tristitiã etiã tmptinẽtẽ nõ admittit. Forte dices multoꝫ more: habuit gaudiũ in portione superiori/ ⁊ tristitiã in inferiori: ⁊ sic gaudiũ ⁊ tristitia nõ sunt in eodẽ subiecto: ⁊ ꝓ cõsequẽs vnũ nõ expellit aliud. ¶Contra: portio superior ⁊ inferior sunt vna ⁊ eadem res: ex dictis in distinctionẽ.xxiij.ij. ergo licet dicatur gaudiũ esse i portione superiore: ⁊ tristitia in portione inferiore/sunt in eodem subiecto. ¶Respondeꝫ cõcedẽdo ꝙ eadẽ res est supꝫa et inferior portio. ⁊ quicquid realiter inheret vni earũ: alteri inherebit. Et pro illo pono ꝓpositiones. ¶Quarum prima est: in portione superiore anime Christi fuit tristitia. probatur: in hac portione inferiore anime Christi fuit tristitia. hec portio anime Christi iferior est vel fuit portio anime Christi superior. ergo in portione anime Christi superiori fuit tristitia. ¶Secũda ꝓpositio: in portione anime Christi inferiore tẽpore passionis fuit excellẽs gaudiũ. hec ꝓpositio potest ꝓbari expositore vt pcedẽs. ¶Tertia propositio: melius est sic loquẽdo anima Christi nõ fuit tristitia cõsequẽs ac tũ portionis superiouis stricte accepte. patet: ad nullũ talẽ actũ seqbatur tristitia: imo talis actus genuit naturaliter gaudiũ. ¶Quarta ꝓpositio: actũ portionis superiosis late accepte sequebat tristitia. patet: anima Christi nolunt peccatũ propter deũ: hmõi nolitio terminabatur ad deũ et ad peccatũ: pro quãto ad deũ terminabatur dicitur actus portionis superioꝛis: sed quia pcise nõ terminat ad deũ: nõ est act⁹ portionis superioris stricte accepte. ¶Quinta ꝓpositio: gaudiũ ⁊ tristitia in anima Christi erant circa alia ⁊ alia obiecta. ⁊ ꝙ cõsequẽs inter ea nõ fuit cõtrarietas specifica. diligo Socratẽ/ ⁊ odio Platonẽ. illa dilectio ⁊ odiũ pariũt in me letitiã ⁊ tristitiam que nullomodo cõtrariantur: quia nõ sunt circa idem. ¶Sexta ꝓpositio: excellẽs gaudiũ tristitiã nõ cõpatitur in eodẽ subiecto. patet. vij. ethicoꝝ ⁊ experientia: si quis vehementer patiatur tristitiã si ei ostẽdat aliquid generatiuũ letitie mediocris in alio: in isto nihil generabit: sicut nec parvus calor in magnũ frigidũ aliquid generat/quare damnati nõ letãtur: actus actiuoꝝ sunt in patienti bene dispositio. ij. de anima. ¶Septima ꝓpositio: inter excellens gaudiũ ⁊ tristitiã est cõtrarietas naturalis ⁊ indudualis/ ⁊ nõ specifica/si fuerint circa diuersa obiecta. ¶Octaua ꝓpositio: deus potest ponere qualitates contrarias quascũqꝫ in eodem subiecto adequato. probatio: sm multos/qualitates eiusdẽ speciei cũ cõtrarijs in gradibus remissis se cõpatiuntur. si duo grad⁹ nõ repugnãt: deus põt ponere quoscũqꝫ mutuo. ¶Scõo argumentor ad idem. sm oẽm positionẽ ratio nabilem: deus potest ponere idẽ in diuersis locis: ⁊ tunc naturaliter potest qualificari qualitatibus contrarijs. ¶Tertio: deus potest suspendere actionẽ qualitatum cõtrariarũ ⁊ resistentiã: quo facto/sic compatiuntur. Finaliter argumentor ad hanc partẽ: deus potest ponere a/summe calidum ⁊ b/summe frigidũ mutuo penetrative: impediendo actionẽ mutuã. potest tunc deus annihilare b/relinquẽdo eius frigus in a. ¶Nona propositio supernaturaliter ⁊ miraculose anima Christi habuit tristitiã ⁊ excellentissimũ gaudiũ. patet: naturaliter huiusmodi passiones nõ stãt in eodem passo: sed deus hoc potest facere ex ꝓpositione ꝓcedenti: ⁊ hoc fecit vt genus humanũ sua acerbissima passione redimeret: actualitatẽ gaudij impediuit ne tristitiã corrũperet si dicis: gaudiũ cor dilatat: tristitia ipsum constringet. ergo cor mouebitur motibus cõtrarijs: si huiusmodi qualitates sint in anima: cuius vis in corpore redundat. ¶Respõdetur, in corporis beatoꝝ gaudium cor nõ dilatat: sed ipsum stat sm bonã exigẽtiã cõplexionis. ratio: beatus habet cor impassibile ꝙ impassibilitatis votẽ: nec est ne cesse q agat in cor passibile: quia deus potest cũ eo non coagere: Sed si in nobis fuerit gaudiũ ⁊ tristitia sm dominiũ passionis excedẽtis cor mouebit, si fuerit equalitas passionum in agẽdo ⁊ resistẽdo: nulla prorsus erit actio. ¶Ecce quomodo in corpore Christi tẽpore passionis fuit magnus dolor: ⁊ in anima eius magna tristitia. sensualitate doloꝛ patiẽte: generabat (ꝓpter colligantiã cum anima) in anima tristitia: sine actu pmio voluntatis. Secũdo: anima vt natura mortem refugiebat: ergo in ea sine actu pmio producebatur tristitia. Multa alia obiecta tristibilia habuit presentata: vt in questione sequenti dicetur.

Ertio circa hanc decimã quintam distinctionẽ queritur: an pena ⁊ cruciatus Christi instãte passione fuit maximus. ex industria terminũ cruciatus pono: vt tapiat tãꝫ aliquid superius ⁊ ad doloꝛ ⁊ ad tristitiã. ¶Respõdeꝫ ad ẽstionẽ per cõclusiones sequẽtes. ¶Quarum prima est: pena quam passus est Christus tẽpore passionis nõ fuit maior pena damnatoꝝ. probatur: in inferno deus punit in furore suo. hic autẽ pena est coꝛruptiua coꝛ qui peccãt: vel est ꝓ aliqꝰ purgatione. ¶Scõo argumentor ad idẽ. gaudiũ beatoꝝ excedit oẽs gaudiũ huius mũdi. ꝗ pena damnatoꝝ quẽcũqꝫ cruciatũ in hoc mũdo exuperat. ¶Scõa cõclusio: amira bilter magnus erat doloꝛ in corpore Christi. ꝓbatur hec cõclusio: doloꝛ vehemẽs multiplicetur alicui cõtingit: ⁊ in tenerit udine corporis/ ⁊ bona cõplexione ei⁹/ab eta te floruit in qua quis solet esse vigoroso: et affligit in partibus neruosis: sed oĩa ista cõtigerũt in Christo. Rã corpus tenerrimũ habebat ex purissimo sanguine virginis bene ꝙplexionate plasmatũ. ꝗ materia corꝓoris ei⁹ erat optime dispositа. ⁊ istud patet ꝙ ꝓpsalmista psal. xliij. de corpore Christi dicẽte: Speciosus forma ꝑ filijs hoĩm. modo si duo quoꝝ vnus est tenere ⁊ delicate ꝙplexionis: ⁊ alter rudus: simitia lesiua intrinseca vel extrinseca pateant: cõparabiliter plus ledit tenerior. videm⁹ experimẽto quotidiã rudes ⁊ duros seminudos in frigoribus viuere: in qbus tenerꝝ cõtinuo ẽ tabescerẽt. Iuuenes florida passus est/vtpote. xxxij. anno cũ dimidio etatis sue sm carnẽ: i qua hoĩes robustiores esse solẽt: ⁊ ꝓ ois afflictio ⁊ mors erat acerbior. Senes aliter dormiũt i dño sine doloꝛe magno. In locis neruosis passus est. ⁊ trib⁹ vel (vt alijs placet) quatuor clauis grossis quibus ꝑforabat caro in locis neruosis: vt in manib⁹ ⁊ pedibus: ad cuius diuisionẽ magnus seqbat doloꝛ. ⁊ sentibus corone spinee in capite caro tenera infantatum diuidebat: corpus bone magnitudinis ⁊ grossitudinis ẽ tribus clauis pẽdebat. per totũ corpus flagellabat: ita ꝙ a planta pedis vsq; ad verticẽ capitis nõ erat i eo sanitas. sputis ⁊ colaphis cesus est. felle amoro ⁊ aceto potatus: ꝗ in sensu gustus passus est. inter corpora fetẽtia mortuoꝝ in mõte Caluarie: ⁊ ꝙ cõsequẽs in sensu olfactus. penã pertulit sm auditũ blasphemijs irridẽtiũ. cruci affixus ⁊ lõgo tẽpore ipsius passio durauit: post vltimã cenam ad horã vsq; nonã vici sequẽtis: que hore tertie nostre pomeridiane respondet: vt euangeliste testant: more Hebreorum ab ortu solis horas supputãtes.

¶Tertia conclusio: Tristitiã magnã habuit in anima. hec patet ex duabus ẽstionibus ꝓcedentibus: ⁊ amplius adhuc patet: cõtemplatus est tristitiã matris presentis ⁊ amicoꝝ: ⁊ sic in vltu passus est negationẽ petri/fluctuationẽ apostoloꝝ in fide/ceterũ mocat. Iudeoꝝ ingratitudinẽ/reprobos peccata/⁊ tot malos hominũ quib⁹ passio eius applicata non profuit ob coꝛ culpam dei inhospitalitatẽ/verus enim de⁹ ⁊ homo erat: qui cultu latrie debebat ab omnibus coli: ⁊ tamẽ tanqꝫ vilis ⁊ legis trãsgressor ducebaꝫ ignominiose in regia vbe/ coꝛã populo innumero ad paschа sacrũ venientes. Ob honoris culmẽ et in ramis palmarũ festo exhibiti: probat⁹ ad patibulũ ductus est. difficile⁹ est vtiq; referre de primo honoris gradu ad secundũ descẽdere q̃ a secũdo ad nouissimũ. Idẽ imaginabere qualibet regẽ gloria ⁊ honore digniũ/ sino cẽtẽ ⁊ probũ: prauoꝝ iuxta ad supplicia extremũ ducẽ: illi eĩ quilibet bonus cõpateret: quãto fortius Christo nostro capiti compatiendũ est qui tot cruciatus pro nobis ꝓtulit. Qia ista displiceabilia dubio procul erant spiritus eius vehemẽter afflictiua. ¶Ultima conclusio, sanctoꝝ nullus ab orbe cõdito tot cruciat⁹ passus est quot Christus: hec conclusio quod ãmodo dependet ex precedẽtibus: ⁊ adhuc probatur aliter: sanctoꝝ plurimi erãt specialiter adiuti a deo: vt in sanctoꝝ vitis pluries legimus. ⁊ tamen deus reliquit causas naturales habere suam actionẽ in proprio filio: scõm illud psalmiste psalmo xxi. Deus deus meus quare dereliquisti me. ¶Secũdo ꝓbatur eadẽ cõclusio sm illud Threnoꝝ. iij. O vos oẽs qui transitis ꝑ viã attẽdite ⁊ videte si est doloꝛ sicut doloꝛ meus. ac si diceret: nõ est similis doloꝛ doloꝛi Christi. Insuꝑ: Copiosa apud eũ redẽptio. ⁊ psal. lxxxvij. Malis repleta est anima mea. ⁊ oẽs fluctus tuos induxisti super me a recutitis Iudeis illa tempestate fidelib⁹: ab ethnicis Romanis viris ⁊ feminis passus est: hec omnia in horto fuldẽs/sanguineos emisit sudores. au mere naturaliter: an partim miraculosemõ refert. ¶Contra ista arg. Ignis est magis afflictiuꝰ ꝙ erãt clauꝰ ⁊ flagella ⁊ tamẽ Laurentius ⁊ Vincẽtius ab igne passi sunt: ergo cruciatus coꝛ erat maioꝛ. similiter Bartholomeus excoriatus vel per pratũ recẽter defalcatũ tractus est: illa pena erat maioꝛ. ¶Secundo arg. Si Christus omnia hec apprehendens affligebat: vt de horto iã diximus tẽpore quo sanguineos sudores emisit: sequitur ꝙ a primo instanti quo anima eius erat in rerũ natura pati debuerat: cũ omnia hec clare apprehẽdebat in primo instanti quo erat in rerum natura. ¶Ad primũ respondetur ꝙ argumentũ ꝓbat solũ ꝙ rationes vim⁹ pene Laurẽtij vel Vincentij erat maioꝛ ꝙ pena quã passus est Christ⁹. nõ tamẽ probat ꝙ pena coꝛ sit absolute maioꝛ: quia capitis dotes que erant in Christo: illa penã fecerunt maiorem ꝙ erat pena Laurentij vel Vincentij. ¶Ad secundũ: cõcedo ꝙ anima Christi apprehẽdebat ⁊ in verbo nouit hec omnia sibi futura: sed gaudiũ anime eius tunc nõ patiebatur causas tristitie ꝓductiuas/tristitiã vllã producere. immo si in tristitiã que fuit in anima Christi tẽpore passionis gaudiũ passim fuisset agere: ipsam subito extinxisset: qꝛ erat infinitũ gaudiũ. tempore aũt passionis deus impediebat gaudiũ ne ageret ad coꝛruptionẽ tristitie. nec punit gaudiũ impedire tristitie generationez tẽpore passionis. Qz eñ tempore passionis cepit doloꝛ patet Matth⁹. xxvi. Assumpto Petro ⁊ duobus filijs Zebedei cepit contristari ⁊ mestus esse. Notãter cepit: quia tunc tmp: debat actuitatẽ gaudio vt veritatẽ in humane nature in se esse cõprobaret tristitiã assumpsit: voluit eĩ per omnia fratribus assimilari sicut Apostolus ad Hebreos scribit. ¶Tertio arg. si ala Christi fit tristata tẽpore passionis: ⁊ non videtur a quo illa tristitia corrupta fit: sequitur ꝙ illa tristitia adhuc in ala Christi durat. ¶Quarto sic: in his que Christus sunt/nihil erat superfluis/ed parua tristitia vel parum doloꝛ sufficeret ꝓ generis humani redẽptione: ergo excessus illius parue pene erat superfluus: ergo non est ponenda. ¶Respõdeꝫ ad tertiũ ꝙ a tẽpore quo passio Christi inchoata est siue ꝙ doloꝛe/siue ꝙ tristitiã durauit ad mortem vsq; sm illud Matthei. xxvi. Tristis est aĩa mea vsq; ad mortẽ. forte erat ita intensa ꝙ hoĩem interemisset si impedimẽtum gaudij ablatũ fuisset. Nã spũs tristis desiccat ossa Prouerb. xvij. Et rattone hoc probo: Tristitia vite nocet. ergo maioꝛ tristitia magis nocet/⁊ vitã abbreuiat. ergo tãta potest esse tristitia/ꝙ cũ illa non potest stare vita. Verũtamen licet ponã gaudiũ beatitudinis aĩe Christi cẽ mũnitũ in gradu/sicut eius amoꝛe fruitiuũ ⁊ charitatẽ: tristitiã tñ ponoꝫ sistitãr: ita in malis pene secũdum cursum causarum naturaliũ. Alio modo exponẽ excluse ꝓpositio vsq; puta tristitia mea durabit ad mortem exclusiue. Aia Christi desinebat informare corpus successiue: tunc in primo instanti non esse vite Christi non erat tristitia. Non eñ erat doloꝛ cũ aĩa non informabat. corpus: nec tristitia in aĩa alijs modis, de mõ quo causetur a doloꝛe notũ est. in mortis puncto deus punit gaudiũ agere: hoc est: gaudiũ tristitiã extinxit in primo instanti non esse vite Christi. nõ est ratio ꝙ illa tristitia debuit esse plus in instanti mortis q̃ in aliquo instãti mortẽ sequenti. Alio modo exponitur illud assumptũ/ Tristis est aĩa mea vsq; ad mortẽ: hoc ẽ ꝓpter mortẽ. ¶Ad quartũ concedo maioꝛẽ. ⁊ cõcedo etiam minoꝛem: si voluisset. sed si voluerat tristificere de congruo: decens erat ꝙ magnam penã sufferret: quia erat pro totꝫ gẽus humani redẽptione: ⁊ vt amoꝛe suũ erga nos ostẽderet.

Dubitatur an cõuentẽs erat Christũ naturã humanã assumere cum eius defectib⁹. ¶Respondetur/multiplices sunt defectus: quidã induales: vt cecitas/surditas/ infirmitas/⁊ hmõi. tales nõ assumpsit, corpus eñ optime dispositũ habuit: ⁊ temperantiã in medio mathematico tenuit/nunq; de ipso legimus ꝙ modo laborauerit. Alij sunt defectus cõsequentes totã naturã: vt sunt fames/sitis/ ⁊ hmõi: tales defectus assumpsit. culpas ⁊ ad culpas ꝓmouẽtia nõ accepit: ꝓpterea ignoꝛãtiã vel habit⁹ malos nõ accepit. Sece quoniãpacto Christi pena passionis tempore erat longe maxima ⁊ illius acerbitatis causas enumeraui⁹. Adde ꝙ eius innocentia mentis tristitiam non leuiuit. Iustus iniuste interemptus plus dolet ꝙ ficarius. Idẽ est furca dignus: alle vero longa ⁊ decora vita: qua iniuste priuatur. Mentis tristitia tamẽ corporis doloꝛẽ exuperat. Penarũ eñ illa est facilioꝛ quãꝫptam eligit vt aliã cuitet. Pleriqꝫ sese occiderũt vt tristitiã graue abolerent. At corpore⁹, doloꝛ corpus citi⁹ destruit: sed illud non arguit maioꝛẽ cruciatum.



Irca. xvi. distinctionẽ queritur: an fuerit necesse Christum mori. ¶Respondetur necesse secunde intẽtionaliter nihil aliud est ꝙ ꝓpositio necessaria: ꝙ talis est natura/ ꝙ nõ potest aliter esse in re ꝙ ipsa significet sententia totalis. qdã talis, ꝓpositio est necessaria necessitate simpliciter dicta/necessitate cathegorica/vel necessitate consequentis: quedam necessaria necessitate conditionali/siue ex suppositione/ siue necessitate con-

sequentie.⁊ hoc trifariam:vel de potentia nature: vel secundū veritatē simpliciter. Primo modo hec est necessaria:si Sortes de Francia vebeat adire Britanniā necesse est ptransire mare.vt necesse cadat in totā cōditionalē.potest deus aliter facere q̄ per illā cōditionalē signi ficatur. solus deus est necessarius prime intētionaliter capiendo necessitatē. dicimus etiam lapidē necessitari ad motū violentū sursum: q̄ non potest resistere motori extrinseco ad talē motū. Istis p̄missis ponuntur quatuor conclusiones sequētes/due cōcernentes humanitatē in ordine ad verbū:⁊ due in ordine ad eius animam. Quarū prima est:Non erat necessarium simpliciter Christū mori.patet:poterat assumere corpus immortale cū suis votibus sicut est corpus eius modo.similiter poterat dare remedia corpori sine votibus continuatia vite/per tustitiā originalē/cuius ligni vite/⁊ huiusmodi. Secunda cōclusio : Si deus reliquisset beatitudinē aie redūdare in corpus:sicut facit sin cōmunē legem hominibus beatis/corpus Christi fuisset immortale.patet:nullus alius homo datur vel dabit beatitudinem in mente habēs quin corpus talis erit immortale:non q̄ vos ꝑpassibilitatis sit qualitas corporea in corpore beati:sed est solū ꝑseruatio dei ⁊ ei⁹ assistentia ne corpus beati noctiū patiatur:vt latius in distinctionē.xlix.quarti diximus. q̄ corpus Christi in resurrectione sit factus immortale: non erat nouū miraculū: immo miraculum erat q̄ non esset beatū beatitudine corporis in vita. nec vnū alicui alteri conuenit. Tertia conclusio:Stante ordine dato cum corpore assumptonon erat in potestate anime Christi quin ipsa necessitaretur exire suū corpus.patet:sin legē corpus mortale assumpsit:⁊ beatitudo anime non redūdauit in corpus:ergo necesse erat cū patī a tormētis extrinsece illatis. ⁊ anima Christi naturaliter non poterat illud impedire. Insup Christus sua sponte assumpsit defectus humane nature:inter quos ē mors:igitur. Et Actuū.ij. Petrus dixit Judeis de Christo:hunc p manus iniquox affligentes interemistis.⁊.c. iij.eiusdē libri dixit:auctorē vite interfecistis. Quarta ꝓpositio:Stāte ordine corporis assumpti:dato q̄ mors ꝓpo ab extrinseco nō fuisset illata:adhuc mortu⁹ fuisset stante lege cōi aliox hoīm post peccatū Ade intelligo:⁊ q̄ deus nullū iuuamē dedisset humanitati:sed eam reliquisset sue nature. Erant ēsi in corpore Christi qualitates contrarie actiue ⁊ passiue admixtem: ergo fuisset actio ⁊ passio inter illas:⁊ debilitatis virtutis:⁊ tādem sequuta fuisset mors naturalis. Insuper:fuisset actio ab extrinseco:vt ab aere vel alio cōtingēte. hoc patet ad lr breuis.ix.statutū est hoībus semel mori. Contra duas vltimas conclusiones argumētor sic:Joannis.x.de vita sua Christus dicit:nemo tollit eā a me:sed ego pono eā a memetipso:potestatē habeo ponere animā meā a memetipso.illic non dicit separationē a me verbo : q̄ nūq̄ animā posuit a se verbo:ergo hoc dicit vt homo. Insup/ cum clamore valido emisit spūm. iste clamor validus nō poterat contingere viro ꝓpe mortē naturaliter.ergo voluntate sua libere separauit aiam a corpore. Et Esaie.liij de Christo dicitur:oblatus est q̄ ipse voluit. Secūdo arguitur: Im Anselmū.ij.lib. cur deus homo. cap. decimo:Christus non fuit debitor mortis : quia non habuit peccatum. Ad primū respondetur q̄ ly ego/⁊ memet ipso/stant pro Christo ratione diuersarum naturarū: ita q̄ est sensus:ego verbū pono aiam meā a memetipso secundū naturā humanā:quia aiam pono a corpore: ⁊ nō a verbo.ita q̄ ponere ⁊ separare potestatiue cōuenit ratione diuinitatis:sed terminus a quo separationis ē corpus. Ad illud de clamore valido:dico q̄ illic erat miraculū ex potētia verbi.homo prope mortē vt videmus vix emittit spūm. Sed contra hoc argumētor:Sequit in cadē auctoritate:hoc mandatū accepi a patre meo:ergo ponere aiam meā:sed non recepit mandatū a patre nisi vt homo:quia ī diuinitate erat patri equalis. Secundo:Augu.tiij.de trini.cap.xiij.de spū Christi dicit q̄ non deseruit carnē mutus:sed quia voluit: q̄ voluit:⁊ quomodo voluit. Respōdetur:vt homo accepit potestatē ponēdi animā:hoc est complacendo ⁊ ponendo animā:sed non est effectiue:sic ꝓz q̄ ponere ⁊ nō ponere fuerit in potestate eius scōm naturam humanā.nec talis expositio est extorta in scriptura: quia secundū regulā Tconij cadē litera potest exponi de capite ⁊ de mēbris:sicut hic.qui potuit transgredi ⁊ nō est trāsgressus ꝙtū ad posse transgredi exponit de mēbris:⁊ ꝙtū ad nō transgressus est exponitur de capite. Ad Augustinum: dicitur q̄ Christus voluit volitione deliberata mori:vt in distinctione p̄cedēti dictū est:⁊ amplius in distinctione sequēti dicetur. sicut aliquis nunc moriturus sciens q̄ morietur:vult illud.sed siue velit siue nolit oportet q̄ moriatur. licet alit necessarium necessitate naturali:potest esse meritorium:quia actus voluntatis est liber sicut martyres ⁊ decollādi ex maleficio vel ꝑ causa iusta/volebant mortē:saltē anteq̄ honestatē relinquerēt:vel propter culpa omissa. Ex illo sequitur q̄ mors Christi non fuit violenta:capiēdo violentū vt tantū valet quantum inuoluntarium:sicut Aristo.cap.iij. Ethicox sed capiendo violētum sicut capit philosoph⁹.ij. Physicox:vt distinguitur contra naturale:passio Christi ⁊ mors fuit violēta anime ⁊ corpori.quia anima inclinatur suapte natura ꝑficere corpus:⁊ corpus est inclinatus perfici ab anima. Ad auctoritatē Anselmi dicitur q̄ ipse vult dicere remoras non fuit Christo debita ratione peccati:⁊ si non fuisset peccatū:nō sequuta fuisset mors: scōm illud Romanorum.viij. Corpus mortuū est ꝓpter peccatum: sm cōminationē dei Gen.ij. In quacūq̄ die comederis de te morieris:sed voluntarie assumpta.assumpsit ēsi volitarie corpus talem:nec ꝑmisit beatitudinē anime redūdare in corpus/vt esset impassibile. Tertio argumentor intellectus anime Christi plictualiter cognouit optimū cibum ⁊ sibi conuenientissimū/fuitq̄ optime cōplexionatus:⁊ sic de aere ⁊ aliis que vitam ꝓlōgāt: ergo poterat alimētum ita purū assumere q̄ humidū radicale ⁊ calor naturalis ꝑseuerarctur semp vniformiter:ergo quarta cōclusio falsa. Quarto sic:Voluntas anime Christi dominabatur ꝑfecte appetitui sensitiuo ⁊ omnibus viribus inferioribus:quia in ipso nulla fuit earum rebellio:vt in distinctiōe sequēti dicetur anima dominatur appetitui sensitiuo politice:⁊ corpori despotice primo Politicox. ergo dominabatur plene sup corpus suum:vt oēm violētiam corporalem impedire posset. Ad tertium concedo antecedens quo ad singulas partes eius:⁊ ex illo cōcluditur q̄ poterat diuti⁹ viuere naturaliter q̄ aliquis purus homo ab orbe conditore:etiam sine patrocinio paterno:quia corpus optime complexionatū habebat.nouerat nutrimētum ⁊ aerē cōuenientissimū. omnia noctua cognouit que euitare poterat:sed tamen potētia nutritiua egisset in conuersione cibi/⁊ patiendo fuisset debilitata:sic q̄ nihil potuisset amplius in se conuertere.sicut vinum forte dolij maximi per unpositionē successiuam aque potest in tantū debilitari q̄ non sufficiat amplius aque quicq̄ aque in se cōuerteremtū habuisset aliquid remedij a deo ad restaurationem equalitatis:sicut habebat Adam ꝓ statu innocētie. Ad quartum dicit:q̄ q̄ minus dominat alia sup potētiā vegetatiuā q̄ super potentiā sensitiuā. q̄ appetitus sensitiuus rationi obedit.potētia vegetatiua est omnino irrationalis.i.Ethicox.nullo modo aie obedit in actibus suis. Quis ēsi sit in potestate aie exhibere ei materiā in quā agit: tamen materia exhibita non facet in dominio aie q̄tū ad suam operationē verū aia nō potest impedire violētā extrinsecā actionē contrariox⁊ passionē intrinsecā. Quinto arguitur : Si deus permisisset beatitudinē anime in corpus redūdare Christus fuisset immortalis scōm corpus:sed Christus permisit beatitudinē aie redūdare in corpus.igitur. tenet consequētia a tota ꝑditionali cum positione antecedentis ad positionē cōsequentis.minor patet Matth.xvij. Christus transfiguratus est in monte:vbi glo.Hieronymi/q̄ qualis est futurus tempore iudicij talis apparuit apostolis:sed tēpore iudicij habebit dotes oēs corporis:ergo ante/tempore peregrinationis scōm corpus eas habuit:q̄ restabat probandū. Respondet precedendo illā conditionalē theologice loquendo quo ad dotes:⁊ corporis beatitudines . nō pono huiusmodi accidētia a beatitudine aie causata in ipso corpore.nos impassibilitatis ⁊ subtilitatis nullo modo sūt accidentia:vt in distinctione.xlix.quarti diximus:secus est de claritate. ⁊ ꝓcedo q̄ claritas in transfiguratione fuit eiusdē nature cū claritate in beatitudine corpox cōmunū. sed an debeat vocari dos claritatis difficultas est verbalis.potest dici q̄ sic:licet transeūter:sicut visio Pauli in raptu potest dici beatitudo momētanea. Ꝑdotest etiam dici ꝓformius ad modū cōmunē loquendi: de ratione dotis est q̄ sit ꝑpetua ⁊ non transitoria : ⁊ sic de beatitudine : consequenter ad modū loquendi Aristo.i. Ethi.vij. Aer ēsi nec vna facit irundo nec vnus dies aut breue efficit tempus. Christus tamē non habuit dotē impassibilitatis. Ad formā ergo argumēti:nego q̄ Christus in transfiguratione habuit dotes corporis: immo nullā habuit dotē:⁊ si dotē claritatis pro tēpore habuit : nō habuit dotē impassibilitatis:⁊ sic mori poterat. Ex ōnibus his patet q̄ mors Christi fuit voluntaria in cōparatione ad voluntatē Christi.quia ipsa voluit:⁊ ipsa ei placuit.fuit tamen violenta: quia contra naturalē inclinationē aie:⁊ nature discōueniēs. ettā fuit accelerata: da mortu⁹ ante ꝑipsam ⁊ ꝑipsam latrones/in quorū medio pēdebat:ob maiores dolores ⁊ tristitias quas habuit q̄ ipse habuerit:ne ossa sua minuerent̄ more latronū duox cū eo pēdētiū/secūdū qō figurata erat Exod.xij.Os nō ominuetis ex eo. Potest dici tū naturalis/ad hunc sensum:quia naturale est animā separari a corpore in dispositos:sicut naturale est animam viri corpori disposito. quātō esset forma est ꝑfectior tanto maiorē dispositionem in corpore requirit. ⁊ sic non fuisset naturale q̄ Christ⁹ viuisset post illos dolores ⁊ tristitias inflictas : sed magis fuisset supernaturale ⁊ miraculosum. Miraculus tū fuit emittere spūm cū clamore valido: vt pater Matthei.xxvij. ⁊ alia miracula ꝓtrigerūtsic ꝓz: q̄ Centurio coactus est dicere/vere filius dei erat homo.iste.

Circa distinctionē.xvij. Quero duo Primo/an oēs volūtates in Christo erant in volendo conformes.

Secundo de oratione Christi. Pro ꝙstionis prime solutione ponā aliqua notabilia materiam concluſionū explicātia: postea q̄ conclusiones ad ꝙstionē respōdur⁹. Primū notabile q̄ ī Christo duplex est voluntas/scilicet increata ⁊ creata. Et rursus voluntas creata vno modo capitur pro quocūq̄ appetitu:sine fuerit naturalis sensitiuus/vel intellectiuus. sub aliis verbis dicitur : Triplex est appetitus:quidam naturalis/ alius appetitus sensitiuus / tertius appetitus intellectiuus . Vel duplex est appetitus : scilicet naturalis ⁊ animalis . Appetitus naturalis / nihil aliud est q̄ res aliqua que naturaliter inclinatur ad suā perfectionē. ⁊ sic materia appetitu naturali appetit formā:hoc est appetitu qui est ipsamet materia. ⁊ grauc appetit esse deorsum. talis appetit⁹ nūq̄ dicit actū elicitū. nōnanq̄ tamen dicimus actū elicitū appetitui naturali ꝓformē naturalē:vtpote quando est cōformis appetitui naturali: sed tamē actus realiter est liber. Appetitus animalis sensitiuus dicitur in appetitū sensitiuū ⁊ intellectiuū. vocatur appetitus sensitiuus:quia sensationē ꝑsupponit ad hoc q̄ in suū actum exeat.⁊ intellectiuus: pro quanto ꝑsupponit actū intellectus ad hoc vt in suū actū exeat. Inuisu dilegere possimus incognita vero nequaq̄. ⁊ sic ꝓcedit postea:quot sunt potentie cognitiue/ tot sunt potentie appetitiue.cognita cognitiua realiter est sua appetitiua: sicut intellectus realiter est voluntas:sic potētia sensitiua alialis/hoīo vel bruti/est sua appetitiua.in brutis est ꝓsequutio ⁊ fuga sicut in nobis:licet naturalis in eis ⁊ in nobis libera. Alij dicūt visum non habere appetitū cognitiuū:sed dico visuꝫ habere appetitū cognitiuū: ⁊ sic de quolibet sensu exteriore:sed bene sensus ominus est talis appetitus:quia ponit actū distinctū ab ipsa potentia:⁊ hoc requirit in appetitu cognitiuo creato. Iterum potest dici: sicut potentia visiua ponit cognitionem distinctam a visiua appetitus eius (qui realiter cum ea idēptificatur)ponit actū illi ꝓformē qui dicitur prosequutio vel fuga/siue ponūtur passiones distincte ab actibus sensitiuis siue nō:sicut in voluntate: dubitabile est hec alubi latius examino. Secūdo notabile:q̄ trifariam dicūtur due voluntates vel plures admitcē conformari:vt in fine primi diximus . Primo modo in volito. Secūdo in modo volēdi. Tertio modo in actu. Volūtates dicunt ꝓformes in volito:siue scōm genus cause materialis:capiēdo materiā circa quā: quado ꝑoc q̄ vna voluntas vult vel nult illud idē vult vel nult alia. Volūtates dicūtur cōformes in actu : quando vna voluntas vult illud q̄ alia vult eam velle: que vocatur conformitas secundū genus cause efficientis: dato q̄ vna voluntas nult idem obiectum q̄ alia voluntas vult.patet de Abrahам qui volebat immolare filiū suum.que volitio habebat immolationē filij pro obiecto : ⁊ deus volebat q̄ Abraham haberet illā volitionē.sed non volebat deꝫ Isaac interfici.voluntas dei terminabat ad actū Abrahe. Tertio modo voluntates dicūtur esse conformes in modo volendi:que eodē modo volūt.puta si vna ex charitate vult:altera ex charitate vult. ⁊ si vna ꝑfectior:⁊ altera imperfectior:⁊ altera conditionaliter vult:⁊ propter eundem finem.quo fit.Licet aūt Christus ⁊ voluntas creata Christi ⁊ Judei erant cōformes in volito circa passionē Christi:non tamen erant ꝓformes in modo volendi, q̄ Christus ⁊ voluntas creata Christi volebāt mortem Christi pro generis humani redēptione:⁊ Judei propter vindictam:⁊ sic non volebant ꝓpter eundē finē. Ad primū ꝓpositis.respondetur per quatuor cōclusiones. Quarū prima est:Multe erāt ⁊ sunt species appetitus in Christo. Patet:est voluntas increata/appetitus sensitiuus/appetitus intellectiuus/⁊ appetitus naturalis.non q̄ appetitus naturalis realiter distinguatur a sensitiuo ⁊ intellectiuo. Quilibet ēsi appetit⁹ est naturalis.anima q̄

est appetit⁹ liber vnico respectu/alio est naturalis:⁊ appetitus sensitiuus etiã est naturalis cui⁹ inclinatio est ꝓportionis siue ꝓsequutionis aut fugę.hęc ꝯclusio clara est.

¶Tertia conclusio probatur per Aristotelem primo posteriorum:simul idem scirt ⁊ opinari nõ contingit. Ita op positum:Socrates habet scientiam de a/conclusione:ergo assentit illi euidenter: ⁊ socrates habet fidem actualẽ de a/conclusione:ergo assentit illi euidenter. Et similiter/habet opinionem de a/conclusione: ergo assentit illi euidenter. Vel si opinetur a/conclusionem/⁊ illam scit: sequitur q̃ assentit socrates illi firmiter et non firmiter. Sed dicis hec illata non esse realiter inconuenientia. Socrates enim aliquo assensu euidente assentit a/conclusioni. Et aliquo assensu meuidente assentit a/conclusioni:nõ sequitur:assentit a/conclusioni meuidenter: ergo non assentit a conclusioni euidẽter:sed solum sequitur q̃ aliquo assensu non assentit a conclusioni euidẽter. Similiter de opinione et fide. Aliquo assensu firmo assentit Plato de/propositione:pura assensu fidei:⁊ aliquo assensu assentit de/propositioni assensu non firmo. Ex his nec contrarietatẽ nec contradictionem colligere potes. ¶Contra hoc obijcitur:ex hac solutione vera vel apparenti sequitur q̃ primo puncipio assentire possim assensu formidoloso. Patet:quia cum claram ⁊ euidens/assensum tenebrosum non exurit ab intellectu cui adducitur: sicut nupervme dictum est de scientia. Ergo eodem modo de intellectu puncipiorum. ¶Secundo sic: hoc est contra apostolum primo ad Corinth.xiij.vicentem:cum venerit quod perfectũ est euacuabitur quod ex parte est. Et ad Hebre.xi. fides est argumentum non apparentium:vbi glosa:fides est de his que non videntur. De visis enim non est fides. Sed agnitio. Haudenẽ habet aliam opinionem de qua questione finali distin.xxv. videbitur. ¶Quarta conclusio ꝓbatur. Aliqui habitus repugnant mutuo.ij. Ethicorum: ⁊ nulli habitus repugnant / nisi illi quorum actus repugnant. Si actus sunt compossibiles: habitus erunt compossibiles. Et si actus incompossibiles fuerint:⁊ habitus incompossibiles erunt. ¶Quinta conclusio probatur:si aliqua vere pietatis cultori habitu infuso fidei / adducat demonstratio probans hanc demonstratiue/deus est/non peccat. Et nunq̃ perditur fides infusa in via sine demeritotigitur. ¶Contra primam conclusionem arguitur:act? scientificus stat in eodem intellectu cum fide habituali: sed actus scientificus generat habitum scientificum: ergo habitus scientificus ⁊ habitus fidei sunt compossibiles:contra quartam conclusionem. ¶Respondetur:act? non generat habitum scientificum quouscq; corruperit totum habitum fidei acquisite:⁊ illo corrupto/habitum scientificum introducit: ita q̃ punnum instans esse habitus precedentis/est primum instans esse habitus sequẽtis. ¶Contra secundam conclusionem obijcitur:ad contraria esse vera sequuntur cõtradictoria esse vera. nij. metaphysice. ¶Secundo obijcitur sic:pari ratiõe deus potest informare eandem materiam numero forma asini et hominis:⁊ sic homo erit asinus:qõ est impossibile. ¶Ad primum dicitur q̃ ad contraria complexa esse vera hoc est verificari de eodem singulari aut vniuersali distributo non sequuntur contradictoria esse vera:bene autẽ ad contraria complexa sequuntur contradictoria:non est põderandũ quid Aristo. senserit in hac parte vere pietatis cultor potẽtiam dei plus effert q̃ philosophus gẽtilitio vosignate imbutus ẽtiũcunq; sublimiter in naturali lumine volitet:si enim in principijs cũ christiano philosopho cõuenret consequenter sic diceret. ¶Ad secundum:concedo q̃ eadẽ materia potest informari duabus formis ẽtiũcunq; disparatis:sed propterea nõ est ons vllo modo q̃ homo est asinus. Immo hec est impossibilis. Misi p idoneum cõicationẽ. Ille temerarius nõ est hõnec est asin?: sed binarius aie intellectiue ⁊ materie est hõ: alter binarius est asinus. Illa trinitas est homo ⁊ asin? copulatim.

¶Cõtra tertiã cõclusionẽ obijcit argumẽto cõmun. Cuius tamẽ recta solutio nõ est cõis. Si scientia ⁊ opinio nõ se cõpatiantẽ: hoc est ꝓptereq̃ opinio habet anexã formidinẽ:sed hoc nõ oportet:q̃ sic ostẽdo. Formido illa nõ est infinita:alioquẽ ergo tota sua latitudo: ⁊ fit gra exẽpli octo graduũ:adducat vnũ argumentũ Topici corrupti vnus gradus: tunc remanebunt solum septem gradus formidinis. ¶Dices:formido augetur in illo casu. Quod patet:hec opinio sine hic assensus augetur:⁊ hic assensus est formido:ergo formido augetur. ¶Contra hoc instat: licet formido intrinsece augeatur cum opinione (quod credo verũ) illa res põt augeri in esse opinandi vel assentiendi:et diminui in esse formidinis. Sicut in simili in principio huius tertij diximus. Similitudo intenditur:⁊ remittitur si multitudo. Et dato q̃ ponas preter rationẽ (more aliquorũ putantiũ effugere difficultatẽ) q̃ formido sit affectus consequens naturaliter opinionẽ: equaliter currit argumentum. Primo diminuitur ille assensus in esse formidinis:vt notũ est:⁊ hoc sufficit argumẽto. Secundo falsum est q̃ sit distinctio talis inter affectum ⁊ subiectum eius. Tunc sic:primum argumẽtum Topicũ vnũ gradũ formidinis tollit. Sequuntur alia septẽ quoũ quodlibet est tanti vigoris in corruptione formidinis sicut primum argumentum: ergo secundum argumẽtum de formidine corrũpit sicut primum:cum sit agens naturale tante actiuitatis sicut ⁊ primum. Nõ habẽs maiorẽ resistẽtiam q̃ primũ: immo minorẽ. Ergo tantũdẽ remittit. Ergo octauum argumẽtũ nihil formidinis relinquit. ¶Forte dicis:quodlibet istorum argumẽtorum secum affert formidinẽ: cum assensum opinatiuum producat:⁊ sic non est extincta tota formido propter nouam formidinem illatam. ¶Contra hoc sic argumentor: tunc tota formido identificata cum opinione precedente tolliturnet sic habetur tota formido exulsa ab aliqua opinione partiali. Et si vna opinio partialis vel totalis purgetur a formidine:colligitur q̃ non est de essentia opinionis habere annexam formidinem.

¶Forte dicis:tunc non manebit opinio:sed erit scientia. ¶Contra hoc arguitur:ergo scientia ⁊ opinio circa idem obiectum sunt eiusdẽ speciei specialissime. Et sic error/fides/scientia/intellectus/⁊ sapientia/ circa idem obiectũ sunt eiusdem speciei specialissime. Contra omnem sanam scholam. Hoc argumẽtum potest deduci de fide ⁊ opinione:probando q̃ se compatiuntur respectu eiusdem: quia nisi sic:hoc est propterea: quia fides habet certitudinem annexam:⁊ opinio formidinem:sed hoc non:vt iam dedu ximus. Huic argumento respondimus in prologo primi. Illic responsionem querito. ¶Secundo obijcitur: cause productiue scientie ⁊ opinionis manent mutuo: ergo scientia et opinio. Tenet consequentia: quia quandocunq; cause productiue aliquorum effectuum non repugnant: nec effectus repugnabunt. Et sic argumentari potes de fide ⁊ opinione: et apparentius: cum ratio Topica:hoc est motiuum ideo: partialiter cõcurrat ad productionem opinionis et fidei. ¶Ad secundum respondetur negãdo consequentiam. Calor enim ⁊ aqua stant simul:set tamen effectus forme aque: scilicet frigus: non compatitur calorem:interdum tamen effectus non contrariantur ⁊ cause contrariãtur:vt patet de speciebus albedinis ⁊ nigredinis que se compatiuntur in eodem medio. Ergo nõ potes ex ꝓtrarietate causarũ arguere sufficiẽter ꝓtrarietatem effectuum:vel econuerso. ¶Contra hoc instaturalle sunt cause naturales:vel neutra agit: et hoc est inconueniens: et non est maior ratio de vna ꝙ de alia: ergo

vtraq; suum effectum producit: ergo scientia et opinio se cõpatiuntur. ¶Respondetur: sunt causæ naturales. Causa fortior in agendo (si resistentia sit minor ex parte alterius) suum effectum producit. Modo euidentia est vigorosior: et quando ita intensa esset causa productiua opinionis q remissus assensus premissarum demõstrationis esset precise tante actuatis sicut argumẽtum Topicum resistentie. Forasse intellectus uiuaret et magis concurreret cum premissis demonstrationis q̃ cum argumento Topico: quia magis perficitur per euidentiam q̃ per euidentiam. Modo intellectus actiue cõcurrit cũ vtraq; causa ad productionẽ effectus. Sed quicquid sit de hoc (quia difficultas est extrinseca) sufficit conclusion q̃ isti duo effectus non producentur simul in eodem. ¶Tertio obijcitur. Joan.xx. dicit saluator: Thome: quia vidisti me Thoma credidisti. Modo iudicium causatum a notitia intuitiua est assensus euidens: et tamen tale iudicium stetit cum fide. ¶Quarto sic: est articulus fidei: Christus ascẽdit ad celum: et tamen discipuli hoc viderunt Actuum. j. et quoniam est articulus: fuit ab eis creditus. Simile argumẽtum potest fieri de christifera et sacrosancta Maria que experimentaliter sciebat se concepisse sine viri semine: et tamen est articulus fidei et sicut et nobis. ¶Ad tertium respondetur: Thomas vidit humanitatem Christi: de qua tunc non habuit assensum actualẽ fidei: sed sic assensit huic: hic est Christus: per pronomen demonstrando secundam personam in diuinis: et sic vnum credidit assensu actuali: de alio habuit iudicium euidens. Sed visio fuit causa quare in assensum fidei deuenit. Sic ad alia duo argumenta dicetur. Non viderunt Christum ascendere. Christus enim non cadit sub obiectum sensus. Viderunt humanitatem ascendere: et assenserunt assensu fidei Christus ascendit. Sciebãt magis propriè cognouerũt per fidem q̃ hic erat Christus. Hec sequitur: nos assensu fidei actualis assentimus huic: humanitas Christi ascẽdit ad celum: ergo apostoli. Euidenter cognoscunt videntes: et postea (manẽte specie vel habitu in eis) hoc sine assensu fidei cognouerunt. Sicut ego cognosco patrem meũ fuisse. Sic dicatur ad quartum: et de resurrectione Lazari et aliis resuscitatis: quos discipuli viderunt et nos credim⁹. ¶Contra illud obijcitur: visio sensibilis et intuitiua rei non determinat intellectum ad assentiendũ rei vise de necessitate: ergo adhuc credere poterant actualiter. Antecedẽs patet per illud quod scribitur de discipulis. Mat. xvij. cum videret Christum super mare ambulantem timuerunt dicentes: phantasma est. Sed cognitio (que nõ determinat et capturat intellectum ad assentiẽdum) non enacuat fidẽ quo ad actum: respectu illius rei. ¶Respõdetur: visus bene disposit⁹ et obiecto bñ propinquo et medio bñ disposito non decipitur circa obiectum proprium secundo de anima nec circa obiectum proprium et per se: hoc est color: nec circa obiectum per accidẽs: hoc est visum habẽs non decipitur: cum visus non habeat iudicij. Et per consequẽs non habet deceptionẽ. Alioquin nõ potes esse certus q̃ iste est Socrates vel homo/quẽ heri vidisti: cum quo tota vita tua versatus fueris: quod est inconueniens. De apostolis dicitur q̃ erat nox: et sic medijũ nõ erat bñ dispositum ad videndũ. Vel Christus multum distabat ab eis. Ista non contigerunt in argumẽtis adductis de ascensione/resuscitatiõe/et passione humanitatis: quam suis oculis contemplati sunt. ¶Quinto obijcitur sit vna copulatiua cuius vna pars est scita a Socrate et altera credita a Platone. Tũc sic: Socrates et Plato scitum et credunt hanc propositionem copulatiuam: ergo idẽ est scitum et creditum ab istis. ¶Respondetur: licet eadez copulatiua sit scita et credita a Socrate et Platone copulatiue: non tamen est eadem propositio scita ab aliquo: et credita ab eodẽ naturaliter nullo miraculo presupposito. Verum si idem esset in duobus locis de potentia deitatis naturaliter potest habere iudicia contraria: videndo idem obiectum a propinquo et remoto: sed hoc est miraculo presupposito. ¶Sexto obijcitur: habeat socrates fidem de vna parte copulatiue: et scientiam de altera. Iste due notitie producunt scientiam de tota copulatiua distinctam: ergo fides et scientia compatiũtur se respectu eiusdem. ¶Respondetur: probabile est q̃ est vnus assensus totius copulatiue ab assensibus partiuz productus: sed ille tertius assensus insequitur debilitorem partem: sicut copulatiua semper facit. Assensus ille tertius erit fides: et nullo modo scientia. Nec habetur scientia de illa copulatiua/sed de parte eius. Et sic scientia et fides non habetur de eodẽ. Oppositio modo est de disiunctiua: que fortiorem partem insequitur ad veritatem et ad denominationem iudicij. ¶Septimo obijcitur sic: hec propositio ẽ socrati dubia: per ly hec demonstrãdo propositionem cuius est pars: cum ad ita esse sicut per eam significatur sequitur eam esse socrati dubiam: et tamen scit ita esse sicut per eam significatur: ergo hec est ab eo scita. ¶Octauo sic. Hec est scita a socrate: in die claro aliquod astrum est supra me: et est eidem dubia: cum nullum astrum sciat esse supra me: sequitur. ¶Ad septimum: concedo q̃ hec propositio est socrati dubia: et nego q̃ sit ab eo scita. Nõ enim sequit̃: scit ita esse sicut p eã significatur: ergo est ab eo scita. Patet de hac/hec est inscita. Per pronomen demonstrando propositionẽ cuius est pars. ¶Ad octauum concedo q̃ hec est scita. Et concedo hãc: nullum astrum scio esse supra me. Una est modalis diuisa vera/stãs cum alia modali composita. Non sequitur: scio aliquod astrum eẽ supra me: ergo aliquod astrum scio esse supra me. Et p cõ sequens nullum astrum scio esse supra me stat cum illo antecedente.



In distinctiõe. xxv. queram quinq; primo: an sit necessarium ad salutẽ cuilibet credere omnia contenta in fide explicite. Secundo de diuisione articulorum in symbolo. Tertio de infidelitate et hereſi loq̃r. Quarto de corruptione vel annihilatione fidei. Quisto: an maiores theologie incumbentes studio/acquirant aliquam notitiam maiorem fide. Pro expeditione primi q̃ritur talis questionis titulus: an sit necessarium cuilibet adulto scire omnia explicite in fide contenta. ¶Pro q̃stione soluenda explicabitur quid est credere explicite et quid implicite. Scire aliquid explicite est habere assensum particularem ad ipsum terminatum. Hoc modo scio explicite hanc/deus est trinus et vnus: quando habeo assensum ad illam propositionem terminatuz. Scire aliqd implicite est scire illud in vniuersali: hoc est/habere notitiam alicuius vniuersalis que cum aliqua vera infert illam. Hoc modo: bona vetula scit Thobiam unionem habuisse vxum cane: de quo nunq̃ cogitauit. Patet: ipsa scit vnam vniuersalem que cũ vna vera infert illam. Patet sic arguendo: omne contentum in sacro canone est credendum: vel omne reuelatuz a deo est verum in sensu quo reuelatum est: vel omne quod ecclesia credit est credẽdũ. Thobias habuit vxum canem/est huiusmodi: ergo/illud est credendum. Istorum trium syllogismorum ipsa assentit maioribus: potissimuz vltimi: et hoc est scire illã/Thobias habuit vxum canẽ in vniuersali: sicut Christo loquitur primo posteriorum de scire in vniuersali et in particulari. Ibis premissis pono conclusiones. Quarum prima est semper ab orbe condito quilibet adultus ratione vtẽs tenebatur assentire explicite aliquibus credibilibus. Patet hec colligo ad Hebreos. xi. Credere enim oportet accedentem ad deum quia est: et inquirentibus se remunerator sit. ¶Quilibet adultus ethnicus tenebatur ad minus assentire his duabus. Ide propositiones erant omnib⁹ note. Philosophi sciebant q̃ deus esset. Et sani iudicij viri assentiebant q̃ deus dedit premium pro bonis operibus et supplicium pro peccatis: et sapientes ista aliis minus eruditis ostendebant. Hanc conclusionem tenet magister in littera inquiens. Est autem quedam fidei mensura sine qua nunq̃ potuit esse salus: exemplificans de his duob⁹ preceptis. ¶Secunda conclusio: ethnici non tenebãtur cõmuniter scire explicite aduentum mediatoris inter homines et deum. Probatio: non tenebantur ad legẽ mosayam ad Romanos. ij. cum enim gentes que legem nõ habent naturaliter ea que legis sunt faciunt eiusmodi legẽ non habẽtes ipsi sibi sunt lex que ostẽdit opus legis scriptum in cordibus suis. Tuli dicere hi gẽtilitio errore imbuti quos inepte gentiles appellamus non habent legẽ mosayam: quia ad eam non sunt obstricti: legem nature in cordibus suis celo insculptam habent hoc est dicere natura cognoscunt bonum et malum: et si malum operentur peccant. Hec erat scriptum in cordibus etiam sapientũ igitur. Dixi communiter. Erant enim aliqui deo familiares: vt Noe/Abraham/et huiusmodi: quibus mysterium incarnationis reuelatum erat. Tales explicite tenebantur illud scire. ¶Tertia conclusio: in lege moysi multo magis explicite ad hoc tenebantur. Patet: tenebantur scire aduentum Messie: et illi assentire in omnibus ab eo assertiue dictis. Patet: ad hoc erant edocti ab oraculis prophetarum et legis. ¶Quarta cõclusio. Omnes adulti ecclesie tempore legis gratie tenentur scire explicite illa que publicantur eis in templo de articulis fidei: vtpote: hec communis de natiuitate Christi/passione/resurrectione/ascensione/festo trinitatis/et corpore Christi in eucharistia contento. Patet: illa publice in delubro publicantur: ita q̃ neminem latere possunt nisi per suam negligentiam stat: que non excusat. ¶Quinta conclusio non omnes adulti: hoc est vulgares: tenentur scire omnia contenta in fide expliciter: immo simplicibus sufficit scire illa que publicantur in Basilica in festis: quibus interesse tenentur. Patet. Da oppositum: tenerẽtur ad aliquid eis impossibile. ¶Sexta conclusio: prelati ecclesie tenentur omnes articulos fidei scire expliciter et oues subiectas in fide et moribus docere: et eas a lupis defendere: et populo poscenti in fide rationem dare pro loco et tempore. Probatur hec propositio. Primo sic: aliqui in ecclesia ad hoc tenẽtur. Alioqn politia ecclesiastica fuisset insufficienter a christo instituta: quod est inconueniẽs. Et nulli ad hoc tenentur: si isti non teneantur: igitur. ¶Secundo probatur idem sic. Quilibet tenetur scire illa/que suo officio incumbunt: quando libere prouincia illius officij acceptat: sed officium prelati est docere articulos fidei: et illa que videntur necessaria pro fide et moribus in populo subiecto: et non potest hoc facere nisi hoc sciat: igitur. ¶Tertio sic peccaret capiens officium archipmandrite / si non agat/ oues bene tales ad pascua ipsas pascendo: et eas a lupis custodiendo. Ergo a fortiori peccat pastor capiens prouinciam ouium spiritualium/si non ducat eas ad pascua spiritualia: et eas a lupis custodiat. Per lupos intelligo hereticos et hos qui oues vel in fide vel aliis prauis moribus inficiunt. ¶Contra primam conclusionẽ argumẽtor primo sic. Multi ethnici philosophi non putauerunt esse resurrectionem: ergo non tenebantur ad secundum istorũ quod est de remuneratione bonoꝝ: cum in hac vita multi nõ sint remunerati. Confirmatur hec ratio: Iudaici/secta non ignobilis inter Judeos/non posuerunt resurrectionem: sicut beatus Lucas recitat Actuum. xxiij. ergo si hec secta legem Moysi capiens non ponebat hoc: philosophi non tenebantur ad illud. ¶Secundo sic: existentes in lege nature non tenebantur suscipere legem Mosayca tempore quo currebat: nec ad aliud/ nisi ad illud quod sufficienter eis constabat in lumine naturali: Ista duo non sufficienter constabãt eis in lumine naturali: igitur. ¶Ad primum concedo antecedens ex eorum culpa: in lumine naturali philosophi addidicerunt deum esse ex creaturis ex lumine naturalis intellectus eis a deo concesso. Sed quoniam gratias deo non egerũt: nec bene vixerunt naturalibus: stulti facti sunt: et coluerunt idola: et facti sunt inexcusabiles. Hoc patet ad Romanos. i. vbi dicit apostolus. Inuisibilia enim ipsius a creatura mundi per ea que facta sunt intellecta conspiciuntur: sempiterna quoq; virtus eius et diuinitas: ita vt sint inexcusabiles. Quia cum cognouissent deum: non sicut deum glorificauerunt: aut gratias egerunt: sed euanuerunt in cogitationibus suis: et obscuratum est insipiens cor eorum: et peccarunt non putantes resurrectionem: multi etiam ex stimantes qui posuerunt resurrectionem. Tenebãtur scire: q̃ erat remunerator. Sed an post mortem non est ita clarum: sed puto q̃ sic: q̃ viderunt multos bonos non sufficienter hic remuneratos. ¶Ad confirmationem: dico q̃ saducei erant secta heretica in lege: hinc Paulus illam sectam abominans/dicebat se phariseum a progenitore. ¶Ad secundum: concedo q̃ ethnici existentes tẽpore legis Moysi / non tenebantur suscipere illam legẽ: sed tenebantur ad legem naturalẽ: de qua lege erant hec duo. Si non fuisset indispositio sine eorum culpa in eis.

¶Contra secundam conclusionem argumentor: per August. de correctione et gratia: nemo liberatur a damnatione que per Adam facta est nisi per fidẽ Jesu Christi. Ide dicit in libro de nuptijs et concupiscentia. ¶Respondeꝝ q̃ gentilitio errore imbuti valde implicite incarnationez obligabãtur scire. Sufficiebat eis scire/deus est/et remuneratoꝝ pro bonis/et punit malos pro demeritis. Et regitur iste mundum. De modo regendi in speciali non tenebãtur hoc cognoscere. Multe illarum auctoritatum quas magister introducit magis intelliguntur de Judeis: propter quo facit auctoritas Gregorij super Ezechielem quã magister introducit: que dicit: et qui preibant/et qui sequebãtur/clamabant vicẽtes/o fauna filio David: quis omnes electi qui in Judea esse poterant: siue qui nunc in ecclesia sunt: in mediatorem dei et hominum crediderunt et credunt. Signanter dixit Gregorius qui in Judea sunt.

¶Contra secundam conclusionem argumentor: quilibet tenetur cauere sub pena peccati ne assentiat hereſi: et hoc non potest esse nisi omnia explicite sciat que in fide continentur: quia non cauitur malum/nisi cognitum. ¶Respondetur: licet Altisiodorus et aliqui alij dicant q̃ vetula peccat/si assentiat hereſi predicate a prelato: quia minus leuiter credit: hoc est vnum dictum sine ratione. probatio. Cuilibet propositioni predicate a prelato putato viro sapienti et bono (cuius oppositum nõ tenetur explicite scire) vetula ipsa potest assentire: et propositio est huiusmodi: puta Thobias non habuit vxum canem. igitur/ vetula vel agricola potest conformare suum intellectum premissis istius syllogismi practici licite. Ergo et cõclusioni. Alia rationis in hoc stat: si est curatus/vel epc / puta-

tus literatus ⁊ probus in tota dioceſi vel curia predicās contrarium vnius propoſitionis de fidecuius oppoſitus non tenetur vetula ſcire explicite:vetula non peccat. Illi aſſentiendo ſtat enī q̄ curatus ignorantia vincibili vel invincibili predicet oppoſitum propoſitionis in fide. Ab ſit q̄ vetula propterea illi aſſentiens peccet:ſicut ipſa tenet hereſim:ipſa non eſt hereticaꝫ vt poſt dicetur. Dictū aliorū in oppoſitū quacūq̄ autoritate fulgeant: eſt mihi inopinabile ⁊ explodendū. ¶Ad formā ergo argumēti nego antecedens. Sufficit hominī tenere ſuam fidē infuſam:⁊ hoc eſt implicite credere: vel credere omne illud verum quod eccleſia credit eſſe verum:⁊ non diſſentire p̄ poſitum cuius oppoſitum tenetur ſcire. Modo ſi aliqs quereret a vetula/an ipſa aſſentit huic/ omne reuelatum a deo eſt verum:verum:vel omne quod eccleſia credit eſt verum:ipſa dicet q̄ ſic ⁊ q̄ parata omni propoſitiōis tali oſtenſe aſſentire. Boues arabant:⁊ aſini paſcebanꝫ iuxta eos Job.i. ſufficit arantibus bobus q̄ aſini paſti credant. Modo rudes et ſimplices ſunt aſiniſufficit q̄ paſcātur doctrina boum. Ipſa implicite aſſentit huic/ Ypocritas habuit vnum canem:⁊ explicite eidem diſſentit,nec vlla eſt repugnantia:quēadmodum Ariſto. diceret.i. poſteriorum aſſentio in vniuerſali huic/hec mula eſt ſterilis ⁊ diſſentio huic in particulari. Ad veritatē vtiusq̄ ſat eſt aſſentire huic/omnis mula eſt ſterilis:⁊ diſſentire huic/hec beſtia cum groſſo ventre eſt fera: demonſtrando beſtiam quam neſcio eſſe mulam. Sed ſic eſt in caſu vetule:igit.

¶Contra illud argumentū.Deuteronomij.xvij. ſcribit: ſcribes ſuper lapides omnia verba legis huius plane et lucide: ſm gloſam illic per illos lapides intelliguntꝫ oēs qui credunt in Chriſtum. Ergo omnes tenentur totam legem ſcire lucide:⁊ ex conſequente explicite. Et eſt glo. expreſſio: Matthei. xxvij. ſuper hoc/velum templi ſciſſum eſt tūdens. Ecce velū tēpli ſciſſuꝫ eſt:vt archa teſtamēti:⁊ oīa ſacramenta legis que tegebantur apparēāt ⁊ ad oēs tranſeant. ¶Reſpondetur primum eſt ad illos qui populum habent docere. Secunda glo. dicit ſacramenta legis tranſeunt ad omnes:ſed inequaliter:ſm ſtatum ſuperiorꝫ ⁊ inferiorum tranſeunt:⁊ inficio:nemīnē cuitare peccatū niſi ipſum cognoſcat:quādo circa ipſum ambigit puden cauet quoadcertioreē actū illum incipitem facere:etiam multi peccant iudicantes ſe bene agere. ¶Contra ſextā concluſionem obiicitur: prelati eccleſie non obligarūt ſe ad ſcienda plura q̄ alij ſimplices./Ergo non tenētur plura ſcire. Conſequentia liquere videtur. Antecedens patet:querendo vbi ⁊ a quo erant obligati. ¶Secundo ſic: ex illo ſequitur q̄ multi meruditi prelati ſi eccleſia eſſent in periculoſo ſtatu viuendi:quod non eſt dicēdū. ¶Certio vel quilibet prelatus tenetur ſcire omnia contenta in fide explicite:⁊ hoc non/quia talis eſt fenix in Arabia ſelice:vel aliqua ⁊ aliqua non: ⁊ queritur quot ⁊ quot non: ⁊ reſpondere non potes. ¶Reſpondetur:prelati tacite ⁊ implicite obligarunt ſe ſcire plura q̄ alij: poſtq̄ ſua ſponte acceperunt officium quod hoc requirit. Quēadmodū qui caperet curam regere nauim per pontum euxinum:⁊ nihil diceret de obligatione: eſt obligatus facere q̄ decet peritum nauclerum. Sed ſic eſt de prelatis eccleſie. Non ſufficit q̄ prelati eccleſie habeant vicarios ſufficiētes loco ſui:quia illo dato/ſubulcus habens puerum tonſuram poſſet capere ſine peccato curam epiſcopalem:q̄ eſſe falſum liquet:vt latius in diſtin.xxiij.quarti ſententi. oſtendimus. ¶Ad ſecundum cōcedo illatum. ¶Ad tertium dicitur/prelatus tenetur ſcire facere ⁊ docere illa q̄ ſuo officio incumbunt. Ad plura tenetur curatus q̄ vicarius:⁊ ad plura eps̄ q̄ curat?:⁊ abbas tenetur plura ſcire eps̄ q̄ prior cōuentualis teneaē ſcire. Stat q̄ abbas ſciat illa que ſuo officio incumbunt. Et prior ſit eo doctior. Et non ſolum hoc:ſed etiam in gradibus: vt doctor theologus tenetur plura et meliora ſcire q̄ teneatur ſimplex magiſter ſcire. Etiam inter laicos ſunt gradus, habens clara naturalia plura tenetur ſcire q̄ rudis:ſm illō Bregorij in homilia ſuper illud Matthei.xxv. cum augentur dona:rationes creſcunt donorum. Aliqui ſunt rudes:qui cum improbo labore pauca capere poſſunt: iſti ad pauca tenentur. Deus enim non obligat/nec ad impoſſibile nec ad valde difficile. Iſti nec tenentur ad ordinem articulorum nec ad bene pronunciandū latine:quia cum litteras non didicerunt: ſic proferre neſciunt. Tenentur tamen in ſuo vulgari intelligere:ſicut poſſunt:et habere illa latine memoriter vt proferre poſſunt: quatenus hoc in templo ſuper oratione dominicam pronuncient. Vnus ergo tenetur plura ſcire q̄ alter: ſed non eſt vnus finis cuilibet figendus. Sufficit: quilibet prelatus tenetur ſcire illa q̄ ſufficiāt ſuo officio:⁊ ingentoſius et cui melora naturalia deus dedit:tenetur plura ſcire: ⁊ ſcientiam aliis applicare ingratus dom a deo datī mineratur.

¶Dubitatur:an ſit eadē fides in ſpecie ſpecialiſſimis antiquorum ⁊ neotericorum. ¶Reſpondetur per propoſitiones. Prima eſt: alius eſt actus credendi ⁊ ſpecie diſtinctus articulorum quos crediderunt antiqui. Ab articulis quos neoterici credunt. Patet:quia dubitatio mouetur de articulis ſolum/quorum vnus eſt de futuro/et alius eſt de preterito: vt Chriſtus incarnabitur:Chriſtus morietur:Chriſtus ſe carnatus eſt:Chriſtus mortuus eſt. Patet:propoſito de preterito ⁊ futuro ſpecie differūt. Patet:ſunt propoſitiones non ſynonyme:ergo ſpecie differunt. ¶Secundo argumētor:homo eſt animal:⁊ homo eſt riſibilis:ſpecie differunt:quia predicata ſpecie differunt. Similiter hec animal eſt homo:⁊ ſubſtantia eſt homo: quia ſubiecta ſpecie differunt. Ergo per idem diſtinctio ſpecifica copulari facit diſtinctionem ſpecificam propoſitionuꝫ:ſed copula de preſenti ⁊ de preterito ſpecie differūt:ergo. ¶Tertio ſic: a ſynonymo ad ſynonymū eſt bona conſa ⁊ formalis. Sed a ꝓpoſitione de preterito ad vnam de futuro conſequentia eſt nulla:nec econuerſo: ergo non ſunt propoſitiones ſynonyme:⁊ per conſequens non ſunt eiuſdē ſpeciei ſpecialiſſime. ¶Quarto ſicutie due propoſitiones:Chriſt? morietur:⁊ Chriſtus mouetur differunt numero. Sed plus differūt iſte due:Chriſtus morietur: ⁊ Chriſtus mortuus eſt. Sed non eſt dare gradus inter differre numero et differre ſpecie ſpecialiſſime:igit. Sed iſte modus argumentandi non eſt efficax:Socrates et Plato plus differunt q̄ Socrates ⁊ manus eius. Et tamen non differunt ſpecieſed ſolum numero:ſicut Socrates ⁊ manus ei?. Tres prime probationes ſufficienter concludunt ꝓbationē primam veram. ¶Secunda propoſitio vel concluſio: alius eſt habitus ſpecie quem habuerunt antiqui de hac Chriſtus mouetur ab habitu quē nos habemus de hac/ Chriſtus mortuus eſt. Probatio:ſemper ad diſtinctionem ſpecificam actuum ſequitur diſtinctio ſpecifica habituū.ſed eſt diſtinctio actuum per precedentem ꝓpoſitionem. Ergo eſt diſtinctio habituum. ¶Tertia propoſitio ſiue concluſio:eadem fides ſunt infuſa in ſpecie in ātiquis de hac de futuro/Chriſtus morietur:⁊ in nobis de hac/⁊ ſimilib?/ Chriſtus mortuus eſt:etiā tenēdo q̄ fides infuſa immediate inclinat in quodlibet credibile:q̄ puto verū. Probat hec ꝓpoſitio auctoritate Aug. iij. de trin. cap. ij. dicētis: q̄ factū nobis amniciat/hoc futurū oſtendebat iuſtis antiquis:vt per eandem fidem etiam ipſi humiliatī et inſirmati perficerentur. Et Augu. in epiſtola ad Optatum dicit de antiquis:q̄ eadem fides eſt ⁊ noſtra ⁊ illorum: quī illi crediderunt futurum. q̄ nos creditmus factum. Non loquit in his auctoritatibus de identitate numerali:quī in variis ſubiectis varie ſunt fides. Loquitur ergo de idētitate ſpecifica. Et nō poteſt loq̄/de idētitate ſpecifica fidei acquiſite:vt patet p̄ dictas ꝓpoſitiones p̄cēdētes:loquitur ergo de fide infuſa. ¶Secundo probatur ratione:fides infuſa immediate inclinat ad obiecta ſpecie diſtincta: vt in diſtin.xxiij.dximus. Ergo articulum de futuro ⁊ articulum de preterito ſpecie diſtinguit: nō arguit diſtinctio nē ſpecificā fidei infuſe. ¶Tertio ſicieſt eadē charitas in ſpecie in nobis ⁊ in antiquis. Ergo eſt eadē fides in ſpecie. Tenet conſequentia: q̄ nō eſt vāda ratio diſcriminis Preterea argumētor ſic:charitas infuſa inclinat in actꝰ ſpecie differētes/et inclinat ſucceſſiue in actus cōtrarios ergo ⁊ fides infuſa:antecedēs patet:charitas infuſa quon dā inclinabat Hebreum ad velle circumcidere ſuū parulum:nūc autē charitas infuſa inclinat Hebreum ad nolle circūcidere ſuum parulū. Ergo per idem fides infuſa inclinabat interdum ad aſſenſum iſtius/Chriſtus morietur: nūc autē ad aſſenſum iſti?/chriſtus nō morietꝫ inclinat.



Secundo circa hanc diſtinctionem xxv. queriī: an oēs articuli explicite credendi / in apoſtoloꝝ ſymbolo ponantur. ¶Pro queſtiōis ſolutiōe ſcito. Articulus (ſicut dicit Richardus a ſancto Victore) nihil aliud eſt q̄ aliqd omnes cōmuniter artans ad credendum. Et dicit ſm aliqs ſymbolū a ſynquod eſt con:⁊ bolus moſellus:quia quilibet.xij. apoſtoloꝝ apponit vnum morſellum de iſtis articulis:quoꝝ collectio dicitur ſymbolum apoſtolorum. Vel ſm Augu. dicitur conſilium quia bonle cōſilium dicīt ab aliqs dicīt iudicū a verbo ſymballo quod eſt cōfero. Iidē quod plures in vnum conferunt vt apoſtoli:ſed quia de re conſtat/ non eſt immorandum in verbo. Ceterum de articulorum ⁊ numero penes quid diſtinguntur/eſt difficultas. Aliqui ponant.xij. articulos: quia duodecim apoſtoli illos compoſuerunt. Sed melior eſt articulorum partitio per ipſa credibilia. Tum primo:propter ordinem circa ipſa credibilia:poteſt quis facilius illa memorie cōmendare. Tum ſecundo: non omnes cōueniunt de ordine apoſtolorum in compoſitione articulorum: et eſt queſtio facti in fide non contenti. Propterea de ordine apoſtolorum/quis apoſtolus hanc particulam adecit:⁊ quis illam:nō eſt certum: nec curandum: quoniam erāt edocti omnes a ſpiritu ſancto:⁊ eius erant organa ⁊ ſcribe in ſymboli compoſitōe. Citra tamen controuerſiam inter ſe hoc ſymbolum compoſuere/Ruffinus pbr̄ ſymbolū expoſiturus in fronte ſic attradunt maiores noſtri q̄ poſt aſcenſionem dñi cum per aduentum ſpiritusſancti ſupra ſingulos quoſq̄ apoſtolos ⁊ que ſequuntur paulo poſt aut precepti eis a domino datum hoc ad predicandum dei verbum ad ſingulas quēq̄ proficiſci nationes: diſceſſuriq̄ adinuicem normam ſibi prius future predicationis in cōe conſtituīt ne forte alij alio adducti diuerſum aliquid ab his qui ad fidem Chriſti inuitabantur exponerēt. Quilibet ſuam pticulam in cōmune ponens ſymbolum totum appellarūt: ⁊ Auguſt. cuius grauior eſt autoritas in ſermone vigilie pentecoſtes ſic ait / ſancti apoſtoli certam regulam fidei tradiderunt:quam ſecūdum numerum apoſtolorum duodecim ſententijs comprehenſam / ſymbolum vocauerunt per quam credentes catholicam tenerent vnitatem: et p quā:in hereticam conuerterent prauitatem:certitudine fidei tenemus hoc ſymbolum ab.xij. apoſtolis variis in nationes abituris compoſitum. Attamen de nonullis particulis ab hoc vel illo compoſitis non tanta certitudine aſſenturi aſtringuntur. ¶Capiendo ergo ordinem penes credenda: dicitur q̄ ſunt ſeptem articuli circa diuinitatē ſm ſe conſideratā. Et ſeptem de humanitate Chriſti. Circa deum in ſe conſideratum: conſideramus naturam/perſonam/⁊ operationem/deo propriā. In natura eſt vnitas: in perſonis trinitas:in effectib? quos ſolus deus in creaturis operatur eſt bonoū participatoꝝ trinitas, ſm illa ſunt ſeptem articuli:quorum quatuor deum reſpiciūt ſ̄tum ad intrinſeca: hoc eſt ſine vllo reſpectu ad creaturas. Primus articulus reſpicit nature vnitatem: qui eſt credo in vnum deum:non in plures. Ita q̄ ſenſus eſt:credo q̄ eſt vnus deus ⁊ nō plures. Reliqui tres articuli circa intrinſeca dei ſequuntur:quorum primus/et ſecundus eſt in ordine/ad diuinitatem in ſe: patrem omnipotentez, Tertius:⁊ in dominum Ieſum chriſtum filium eius vnicum dominum noſtrum. Quartus articulus eſt: credo in ſpiritum ſanctum. Seruatur ordo originis iter perſonas diuinas. Tres alij articuli de deo p̄o ſ̄to creaturas reſpicit: exponunt triplicem operationem deo propriam: ſ̄tum ad tres effectus in creaturis:qui ſunt hi:creare/iuſtificare/beatificare/que operationes ſolī deo conueniūt. ſolus deus creat:licet aliqui (ſine probatione ſufficienti) creationem in rebus minutis creaturis dent:vt in puma diſtinctionem quarti dictum eſt. Solus etiam deus iuſtificat/peccata remittēdo. Solus etiam beatificat/vitam eternam tribuēdo. Licet beatus ad ſuam beatitatem cōcurrat:hoc non ſufficit ad ſe beatificandū: deus hoc principaliter facit:⁊ ſe libere creature cōmunicat: et ei lumen gloue infundit:ſine quo beatus nequit deum videre. Primum harum operationum exprimit articulus ille / creatorem celi ⁊ terre. Secundum operationem ille articul?/ ſanctam eccleſiā catholicam ſanctoꝝ cōionē/ remiſſionē pctōum:cuius ſenſus eſt: deus ſanctificat eccleſiam catholicam in qua eſt cōmunio ſanctorum ⁊ remiſſio peccatorum. Tria hec concurrunt in iuſtificatione impij: peccatorum remiſſio/gratie infuſio/⁊ cōmunio ſanctorum: quo peccator iuſtificatus participat omnia bona ſanctorum omnium:iuxta illud prophete: particeps ego ſum timentium te/⁊ cuſtodientium mandata tua. Charitas autem non querit que ſua ſunt.i.ad Corinthios.xiij. ſed facit oīa communia. Tertium operationem: ſcilicet beatificationem:exprimit ille articulus/carnis reſurrectionem vitaꝫ eternam amen: ita q̄ ſit ſenſus: deus reſuſcitabit nos et dabit nobis vitam eternam probonis operibus. Sic ergo patet diſtinctio ſeptem articulorum/deum ſm ſe concernentium:quorum quatuor ad dei intrinſeca:et tres ad extrinſeca:pertinent.

¶Rurſus ſeptē articuli reſpiciūt Chriſtū ſ̄tū ad naturā aſſumptā. Quoꝝ primꝰ tāgit ꝓbi incarnationē:et tāgitur in ſymbolo/cum dicitur: qui conceptus eſt de ſpiritu ſancto. Secundus eius de virgine natiuitatemet tangit cum dicitur:natus ex maria virgine. Tertius paſſionem tangit. Qui comprehendit crucifixionem/mortem/ et ſepulturam: ideo hoc totum paſſus ſub pontio pilato crucifixus mortuus ⁊ ſepult?/ad vnum articulum pertinet. Quartus articulus deſcenſum ad inferos tangit:in propoſitione/deſcendit ad inferna. Quintus articulus reſurrectionem tangit hic/tertia die reſurrexit a mortuis: Sextus:ad celum aſcenſionem:ſcilicet iſte: aſcēdit ad celos ſedet ad dexteram dei patris omnipotentis. Septimus aduentum Chriſti ad iudicium explicat hic/qui vēturus

est indicare vivos et mortuos. ¶Hunc tamen ordinem apostoli consulto non servarunt: propter faciliorem simplicium intellectum et memoriam tenaciorem habendam. Considerarunt primo ordinem nature et personarum: quia unitas: puta essentia divina est in tribus: ab illis exorsi sunt. Postea posuerunt personas divinas secundum ordinem originis cum suis appropriatis. Posuerunt patrem et adiecerunt omnipotentem. Postea creationem. Creatio omnipotentis respicit. Deinde inceperunt ab articulis scde persone Primo ab articulo cernente naturam divinam in eo: deinde posuerunt articulos concernentes naturam ab eo assumptam: quorum ultimus est adventus ad iudicium: qui in forma humana iudicabit: finaliter illud actuali primo: quemadmodum vidistis eum ascendentem sic venturum. Postea articuli concernentes spm scm cum suo appropriato: credo in spiritum sanctum: deinde ponunt articuli duas operationes trinitatis exprimentes: scz spiritu sancto appropriatas: scz sanctificatio: et glorificatio: quorum principium est divina bontas: scz spiritus sancto appropriata. Etiam propter memoriam faciliorem servarunt ordinem tpis. Quo patet post articulum eternitatis debite nature et prime gloe: addit articulus creationis: que est opus primum in tpe: unita illi Heneseos. i. In principio creavit deus celum et terram. In tpe sequitur incarnatio secunde persone in divinis: et acta et passa in carne sm ordinem tpis. Hinc de tertia gloa cuius appropriatis loquuti sunt: que terminatur in retributione finalis glorie. De ordine apostolorum in particulis addendis fide non constat: nec aliunde sufficienter. Satius iudico de illo dubitare: quam dubium pro certo scribere: hoc est vero simile: quod tenuerit ordinem in dignitate inter se: quia ex familiaritate cum christo et progressus eius concessis cognoscimus quatuor fuisse precipuos: scilicet duos fratres de Bethsaida: et filios Zebedei: quorum precipuus fuit simon Petrus. Ordinem dignitatis inter ipsos de aliis octo non possumus ita bene coniecturare ex scriptura sacra. De hoc nobis dubitandum est. Ipsi dignitatem inter se: ex consequenti ordinem: cognoverunt. a Petro ergo primo inchoatum est: postea ad tres istos alios nominatos: postea ad alios per ordinem. Nec est mihi nota: hi duodecim composuerunt symbolum hoc fidei. Et hec dubia: hanc particulam adequate composuit iste: et illam particulam ille. Et si quilibet duodecim virorum poneret lapidem unum in cumulum: et mihi revelaretur: et non quis posuit hunc lapidem vel illum: tunc essem certus q hi duodecim homines fecerunt hunc lapidum cumulum. Sed nescirem quis determinate posuit aliquem determinatum lapidem. Paulus et Barnabas non erant de hoc sacro duodenario apostolorum numero. Sed apostoli ad partem. Propter ea nihil posuerunt in symbolo. Symbolum apostolorum dicitur maius: quia ab apostolis conditum erat: qui erat ecclesie bases. Et submissa voce: quotidie in matutinis vesperisq; cantur quia ecclesia tempore compositionis eius latuit. Symbolum Nicenum et symbolum Athanasii post ea condita contra hereticos insurgentes suo tempore. Solum in festis (quibus homines ad templum conveniunt) recitantur. Propterea contra illas hereses insistunt: et exponit apostolorum symbolum: et ipsum particularius explicant in his que continguntur illas hereses: et qui erat iam publica ecclesia. et in aperto procedes: publice cantur post evangelium: quia de euangelistis traduntur symbola. Sed quia non quilibet poterat legere totam sacram scripturam: magis necessaria collecta sunt in unum ex diversis scripture locis: ut quilibet articulos in manibus haberet. ¶His premissis. Respondetur ad questionem: multa sunt a variis credenda que non comprehenditur in apostolorum symbolo. Patet: doctores et qui alios plus instruunt in spiritualibus tenentur plura alia scire. Symbolum autem datur pro communi plebe. ¶Secunda conclusio: multa sunt alia a simplicibus credenda explicite que non continentur formaliter in apostolorum symbolo. Patet de existentia corporis Christi in eucharistia: et q baptismus est sacramentum fidei necessarium ad salutem. Patet hec conclusio: ex summa trinit. et fi. catho. cap. firmiter. Idem patet de processione spiritus sancti a patre et filio: ex determinatione concilii Niceni. ¶Contra secundam conclusionem obicitur: si corpus Christi esse in eucharistia: est de fide: et q spiritus sanctus est a patre et filio: est de fide: sequitur q ecclesia potest condere articulum fidei. Consequens est falsum: ergo et antecedens. Qz sequitur patet homo poterat dubitare de his ante determinationem ecclesie: non autem post ecclesie determinationem: ergo ecclesia condidit articulum fidei. Qz consequens sit falsum probatur sic: aut veritas dicenda est catholica: quia est diuinitus revelata. Aut in scriptura divina contenta: aut quia ab ecclesia recepta et approbata: aut quia ex aliquo predictorum in bona consequentia sequitur. Si duo prima: revelatio Dei / aut contineri in sacra scriptura non dependet a voluntate hominum: ergo est articulus sine approbatione ecclesie: sive capiatur ecclesia universalis: sive caput ecclesie. Si tertium/quia ab ecclesia recepta et approbata: queritur quare ecclesia talem articulum recepit: aut quia sibi divinitus est revelatus: et tunc absque receptione et approbatione esset veritas catholica: quia est veritas divinitus revelata et inspirata. Aut ecclesia eam recepit/quia in scriptura divina eam invenit: et tunc iterum absq; tali receptione et approbatione esset catholica: eo q in scriptura divina continetur. Aut ecclesia recepit articulum: quia ei placet: tunc ecclesia faciendo veritatem catholicam: inniteretur humane voluntati tm: et ita fides nostra esset in voluntate hominum: contra illud prime Corinthio. ij. Sermo meus et predicatio mea non in persuasibilibus humane scientie verbis: ergo multo fortius non in voluntatibus humanis. ¶Respondetur: in primis/ecclesia facit q propositio que erat tenta dubia/et probabilis ad vtrãq; partem licite ante determinationem: post determinationem nõ teneatur amplius dubitare: sed inconcussa et certa. Et sic arctat nos ad credendum/et non discredendum: vbi licite poteramus ante discredere: ecclesia tamen non mutat propositionem falsam in veram: propositio illa que tenebatur probabiliter ante determinationem ecclesie non erat falsa: sed semper vera: si fuisset formata. Ecclesia immittitur in determinatione sua quantum potest sacre scripture: et deum rogat vt ipsam illuminet de veritate illius. Modo deus hoc facit in talibus. Eodem spiritu scriptura exposita est / quo revelata est. Quia non deficit fides ab ecclesia. Dico q ecclesia non approbat propositionem vel reprobat eam in sensu quo approbanda vel reprobanda est/quia ipsi placet: sic q eius velle sit causa. Sed causa est: quia deus non vult ecclesie in materia fidei: sed eam illuminat in sensu scripture/qui sensus est catholicus. Et hoc intelligo in ecclesia indubitata universali: pro qua Christus rogavit ne deficeret fides eius: "Petre rogavi pro te vt non deficiat fides tua. Hoc est fides cui tu prees/sed quoad personam Petri. Et tu aliquando conversus confirma fratres tuos. In locis propinquissimis de capite et membris non est aliena expositio vt in .xvi. distinctione superius annotavimus. Revelatio spus sancti ecclesie de veritate illius propositionis est causa quare est articulus: et nõ voluntas hominũ. Sic deus homines illuminat vt veritatẽ explicent: quam si explanaverint: non est amplius dubitandũ. Ex his patet an ecclesia faciat articulum. In summa dicimus: ecclesia facit et ecclesie determinatio: q propositio que tenebatur licite problematice/nõ amplius tenetur talis: sed hoc non venit a voluntate hominum ecclesie sed a deo inspirante veritatem ecclesie: et quia veritas illius propositionis est a deo inspirata ecclesie: illa propositio est articulus: et ecclesia non facit hoc nisi ministerialiter. ¶Contra hoc obicitur: quando universale concilium est rite congregatum: primum quod regulariter faciunt/est determinare q illud concilium est in spiritu sancto legitime congregatum. Tunc sic: hec propositio/hoc concilium est in spiritu sancto legitime congregatum/est articulus fidei. Et si sic: ecclesia facit nouum articulum. Si non est articulus fidei: ergo licet discredere post illam solennem determinationem: et assentire huic: hoc concilium non est in spiritu sancto legitime congregatũ. Dicimus: multa non sunt mihi dubitabilia que non sunt de fide: vt ego ero salvatus. Secundo dico et in hoc fio/si indubitatum concilium sit legitime congregatum pro extirpandis vitiis et inserendis moribus: illa propositio est de fide: et nego q homines illum articulum condunt: sed deus illam veritatem hominibus revelat: quatenus consequẽter bene procedãt: et eis credatur: quia post determinationem illam / non licet amplius dubitare de determinatis in fide a concilio in que fidei sunt concilium rite collectum errare nequit. Illi cetu spiritussanctus presidet qui veritatẽ ipsam ante ambiguam partium capitibus istillat. Illic est scopus et finalis status credendorum. Concilium cum papa ecclesiam universalem representare non est dubium: sed an eam sine pontifice maximo referat inquisentiarũ non disquiram. ¶Circa dicta dubitatur: hec propositio deus est potest in lumine naturali sciri. Ergo non est data tanq; credenda: cum in alio lumine sciri potest. ¶Respondetur non potest sciri a rudibus et a tota multitudine: propterea traditur tanq; articulus primus.

Certo queritur: vtrum infidelitas sit mai⁹ peccatũ q̃ hereſis. ¶Respondetur dupliciter aliquis est infidelis. Uno modo capiendo propositionem in pure negatiue: et tũc infidelis est ille qui non habet fidem infusam: vel sacramentũ fidei. Alio modo quis est infidelis contrarie: quãdo fidei reluctatur/eam impugnat/et contemnit sive habeat sacramẽtum fidei sive nõ. ¶Hoc premisso. Dono conclusiones: quarum prima est: quilibet infidelis primo modo est in peccato: de homine viatore loquor. Probatur: si est infidelis sic capiendo/est in peccato originali: si deus illud dimittit: fidem infusam de comuni lege infundit. ¶Secunda conclusio: infidelitas secundo modo est grande peccatũ: et periculosum peccatum. Probatur: per infidelitatem secũdo modo/homo elongat se a deo et ab his qui debent eum in fide erudire. Ergo periculosissime peccat et grauiter. Preterea: infidelitas secundo modo oppositur fidelitati et actui fidei: qui est actus bonus et multum laudabilis: ergo infidelitas ẽ multum vituperabilis. ¶Tertia conclusio: aliqua infidelitas est parvum peccatũ: aliqua magna. Patet: stat dare baptizatũ esse in mortali pctõ et carere fide infusa: et habere leuem motum infidelitatis. Iste est infidelis: cũ non habeat fidẽ infusam. Insuper: aliqs põt amittere fidẽ infusam assentiẽdo ppositiõi oppositi fidei cũ ptinacia: non ãit magna: sed mediocri. Talis dissensus fidei vel assensus ppositiõis oppositi/est infidelitas. ¶Quarta conclusio: magis peccat ceteris paribus hereticus heresim tenens/q̃ infidelis fidem non suscipiens. Patet hec conclusio secũde Petri. ij. melius enim erat illis non cognoscere viam iustitie/q̃ post cognitionem retrorsum converti. Insuper: magis peccat ille ceteris paribus qui non implet quod promisit/q̃ si nõ impleat qõ unq̃ promisit. Sz hereticus/fidem in baptismo susceperit: licet nunq̃ actualiter ad hoc consenserunt: pure infidelis/fidem non suscepit. ¶Contra primam conclusionem obicitur: aliqs est infidelis primo modo/qui in nullo peccato est. Patet si sit aliquis ethnicus optime vivens naturalibus iuris: et non illustratus in fide: talis est infidelis: et tamẽ nõ est in peccato. Forte dicis (et sic credo esse dicendum) deus talẽ illuminabit: vt de Cornelio pr̃ et sic casus nõ est admittendus de lege. Contra hoc instaturo: ergo si adultus (cũ primum venit ad annos discretionis) stat dubius in tempore inducendum: quomodo operabitur: et quos se convertet. et an talis saluabitur. ¶Respondetur inter arguendum. Replica non concludit: non bene vitur naturalibus. Concedo q stat dare tempus inducendum in quo ds non peccat nullam legem accipiendo: vbi non habet preceptorem. ¶Contra quartam conclusionem obicitur: stat q̃ homo sit hereticus i vna heresi: et in reliquis bene credit. Infidelis nihil fidei admittit: talis infidelis plus peccat q̃ iste hereticus. ¶Respondetur: talis hereticus minus peccat q̃ infidelis. Cetera sunt imparia. ¶Secũdo obicitur: stat virum esse hereticum sine peccato: ergo nõ magis peccat q̃ infidelis circa vnum peccatum. Antecedens patet: stat vetulam vel viticolã incidere in heresim sine peccato: ex dictis in questiõe prima huius distinctionis. Tunc talis erit hereticus. Quelibet heresis sufficit denominare hominem hereticum: quia dare potest cõcretiue hoc quod ipsum est abstractiue. ¶Respondetur negando q̃ stat aliquem esse hereticum sine peccato. Bene potest admittere heresim sine peccato. Sed non quelibet heresis sufficit denominare virum hereticum: sicut non q̃ libet albedo sufficit denominare subiectum suum album. Requiritur enim q̃ sit dissensus propositionis quam ds tenetur explicite scire: vel dissensus cuz pertinacia/quod est idem. Et sic est quis pertinax quando tenetur quis reliquere suum iudicium hereticum: et non facit. Si vetulis assentiat oppositio propositionis fidei: quã nõ tenet scire explicite p a tpe: si ipa sit certificata a prudẽtib⁹ q̃ assensus eius sit erroneus in fide: si ipsa pseueret assentiendo: ipsa est ptinax: et peccat. Ceteri te celare nolo. Periculosum est valde sup̃bo in materia fidei vel morum publice aberrare. Si est supercilosus pudet eũ duci in veritatem: et querit subterfugium: exemplo Arrij et multorum aliorum. Prudens et humilis libenter audit veritatem. Alij tenentur hoc ei facere honestiori modo quo fieri potest: dũ modo nõ fiat in cõtemptis preiudicium.

Summatim de quatuor virtutib⁹ cardinalibus mētionem feci. Superest de vnaquaq; in speciali disserere.ꝛ primo de prudentia ceterarum virtutum auriga ꝛ regulatrice.circa quā octo mouēd quēstiones. Prima erit: an prudentia ab arte secernatur. Secunda: an a scientia distinguatur. Tertia: an prudentia sit habitus veridicus. Quarta:an prudētia sit specialis virtus. Quinta:an prudentia sit sapientie preferenda. Sexta.an prudentia monastica/oeconomica/ꝛ ciuilis/ specie distinguntur. Septima : an synesis eubulia/ꝛ gnome/sint virtutes tam inter se distincte ꝙ a prudentia. Octaua :de discrimine inter praxim ꝛ speculationem. ¶Prima ergo quęstio tractanda est hęc:an prudentia distinguatur ab arte: quia cuiꝰ ea magnam vicinitatem habet specialiter capta. ars interdū includit scientiam:ꝛ sic capit Tullius in Rhetoricis dicēs:ꝙ est collectio multoꝝ p̄ceptoꝝ.ꝛ sic artiste capiūt vocabulum:vocantes logicam artē. tunc extenditur ac ceptio vocabuli: In titulo quęstionis stricte artem capio:sicut philosophus capit in sexto Ethicorū. ¶Pro quęstionis solutione oportet colligere aliqua discrimina ex litera Aristot.vi.Ethicorum.inter artem ꝛ prudētiā: quia nōnunꝙ non est facilius agibile a factibili segregare ꝙ nephrelim a cotea.postea per conclusiones ad quęstionem respondebitur. ¶Primo differunt ars ꝛ prudētia penes obiecta.obiectum enim artis est factibile/ obiectum vero prudentie agibile. ¶Secundo differūt:ꝙ prudentia est directiua artis : ꝛ ars prudentia indiget: non autem econuerso.sicut dicit philosoph⁹ capitulo quinto sextiinquiens:at vero artis quidem est virtus : prudentie vero non est ars.ars vero est circa vtile/quo contingit bene ꝛ male vti.non contingit male vti prudentia virtutibus enim nemo male vtitur. v. Ethicoꝝ: hoc est formaliter ꝛ elicitiue. ¶Tertio differunt ꝙ temperātia seruat prudentiam : intemperantia vero corrumpit eam.ars vero nec seruatur per temperantiam/nec corrūpitur per intemperantiam.vnde in eodem quinto: capite dicit philosophus:vnde temperantiam conseruatricem prudentie appellamus:ꝛ id cause est: quia malitia appetitus est in hoc ꝙ statuit sibi finem turpem: vel in finem statutū tendit per media inhonesta. prudentia autem honestum ꝛ turpe seruatur:non autem ars.semper vero est operandum sicut prudentia docet : non semper sicut ars.si mahometanus turca in limitibus pānonie arcem extrueret:ꝛ christianos cogeret id efficere.ars doceret opus bonum facere . prudentia vero doceret turrim inutilem facere extruere. ¶Quartum discrimē qđ ponit philosophus est penes voluntarium ꝛ involuntarium.ꝛ dicit ꝙ peccans in opere artis/ non volens potior est ꝙ peccans volens.econuerso est in opere prudentie:ꝛ causa est:prudentia plus habet de voluntario ꝙ ars.prudens ratiocinatur gratia bone electionis.ideirco peccans volens in opere prudentie / peccat in essentiali sine prudentie,hoc autem est veterius ꝙ peccare in his que sunt ad finē. qui autē peccat in arte volens / nō peccat ex defectu alicuiꝰ quod est de essentia artis,peccans aūt nolēs/deficit in aliquo quod est de essentia artis.ideo talis est deterior artifex ꝙ qui peccat volens. ¶Quinto:ars datur oblitoni:prudentia vero nō: quia materia prudētie pluries occurrit ꝙ materia artis.ideo circa eam non cadit oblitio. cessatio tū ab actibus nullo modo de per se corrūpit habitū vt superius meminimus. ¶Sexto differunt: qz finis prudentie est totaliter bene viuere/finis vero artis/ est aliquod particulare bonum vtile:ꝛ sic differunt suis per se finibus. ¶Septimo differunt in materia subiecta:quia prudentia materiam multo capaciorem habet ꝙ ars. ars militaris ꝛ ars coriaria suas determinatas habent materias.prudētia est circa oīa:circa deū/naturas ītellectuales oēs/circa oīa/ꝛ spectantia ad ipsa. ¶Octauo differūt in rectitudine quā ostendunt:qz prudentia dicitur rectitudinē operātis:ars vero rectitudinē operationis:nō aūt operantis. ¶Nono differunt viribus subiectiuis : qz prudentia est perfectio mētis practice:ars vero mētis factiue. ¶Decimo ꝛ vltimo differunt in virtū ordine:qz sicut oīs practica principatur factiue: sic prudentia principatur artis:ars famulatur prudentie cuius causa est: qz prudentia est virtutibus rationalis appetitus/annexa: vt in distinctione tricesimaseptima posthac dicetur.iste autē appetitus principatur in hoīe . ¶His premissis pono cōclusiones duas:Quarū prior est. Non semper prudentia distinguitur ab arte/capiēdo artē cōmuniter. ¶Secunda conclusio:ars propie capta/ꝛ prudentia distinguuntur. ¶Prior: conclusio ꝓbatur:nō semꝑ prudētia distinguit̄ ascientia realiter:vt in questione sequenti dicetur. ergo non semper distinguitur ab arte/ late capiendo vocabulum ars.hec conclusio potest probari ꝑ diffinitionem artis a Tullio datam:que cōpatitur secum prudentiā ꝛ circa idem.ergo ꝛ diffinitum . ¶Secunda cōclusio probat̄ auctoritate philosophi.vi.Ethi.ca.iiij.dicentis: Eorum autem que aliter sese habere possunt/est ꝛ aliquid quod sub effectione:ꝛ aliquid qđ sub actionē cadit. diuersa vero sunt effectio atq; actus.ꝛ paulopost:quare ꝛ habitus qui cū ratione actiuus est/diuersus est ab eo habitu qui cum ratione est effectiuus: neq; alterum ab altero continetur. neq; enim effectio actus est : neq; actus effectio. hoc idem in antiqua translatione ponit:hoc dempto/ꝙ hec vocabula ponit/agibile/factibile/actio/factio/ ꝛ qz talia sunt in vsu veterū philosophoꝝ sitat eum eis coincidere in modo loquendi. ¶Contra primū discrimē positum inter artem ꝛ prudentiā.ꝛ ꝓ cōclusionū intelligentia argumētor sic:actio ꝛ factio sunt eadē res: ꝛ illi termini sunt synonymi. ¶Forte dicis(ꝛ bene) non sicut capimus in proposito. Sed de modo quomodo actio ꝛ factio distinguantur:capiendo actionem prout spectat ad prudentiam:ꝛ factionem prout spectat ad artem: est positionū diuersitas. Aliqui enim dicunt: qđ factio est que transit in materiam exteriorem:vt domificatio/ extructio nauium/ꝛ huiusmodi.actio aūt manet in agente: vt intellectio/volitio/ꝛ nolitio. ¶Contra hoc argumētor: sic omnes operationes virtutū moraliū sunt actiones:quarum multe in materiam exteriorem transeunt. Alij (vt Eustratius) dicūt ꝙ duplices sunt operationes.nā quedam est operatio que relinquit opus operatū aliud ab ipsa operatione:vt domus extructa. ꝛ huiusmodi operationes factiones dicūtur:ꝛ circa illas est ars. alia est operatio posq̄ non manet aliquod opus operatum:vt volitio/intellectio.circa tales est prudentia hec omnia parum differt a priore,ꝛ contra eam argumētor sic. Aristote. primo magnorū moralium ponit ett̄ haristare inter operationes quarum nō est aliud opus preter operationem:ꝛ tamen ett̄ haristatio non est actio / sed factio:cum ad artem ptineat/ꝛ non ad prudentiam. potest ergo dici/ꝙ operatio intellectus finaliter ordinata ad dirigendam operationem exteriorem/vt ipa vel res operata sit in se bona ꝛ perfecta/ dicitur factio siue operatio factiua:ꝛ ad artem attinet. omnis est̄ operatio intellect⁹ ordinata finaliter ad dirigendam operationem/vt electio sit in se bona seu honesta/ dicitur actio siue opatio actiua:ꝛ ad prudentiā pertinet . Sed operatio intellectus que nec ad dirigendam electionem nec ad dirigendam operationem exteriorem finaliter ordinatur : sed vel ad malam operationē intellect⁹ ordinaē: vel ordinatur ad intellectus operationē quātūcq; dicit speculatio vel operatio speculatiua/ que sit ꝙ nō oīs electio meretur dici actio vel ad prudentiam pertinere. patet ex electione ignoꝝ/ad hoc ꝙ nauis sit in se bene ꝓposita.sed sola electio que est de ordinatis in finem vltimū actualiter vel virtualiter/spectat ad prudentiam in absoluto modo loquendi.alie vero ad prudentiā secūm quid/secūdū quam quis dicitur prudens bonitatis. ¶Secundo sequitur idem est agibile ꝛ factibile: ꝛ per cōsequens obiectū artis ꝛ prudētie. patet de bellatrici nauis:que est factibilis prout intenditur ab artifice tanꝙ firma ꝛ veloꝝ nauis: sed eadem nauis est agibilis / pro quanto ordinatur in tuitionem reipublice/ad resistendum hostī/ ꝛ ad eum inuadendum in bello iusto. ¶Tertio sequitur:ꝙ speculatio non est actio sicut impresentiarū capimus/qz nō spectat ad prudentiā tanꝙ actus eius:licet spectet ad prudentiam tanꝙ obiectum eligibile per ipsam:vel sicut tēnis volubilis:gratia cuius prudentia precipit eligere q̄ ad speculationem ordinantur. ¶Ultimo sequitur:ꝙ nō solum operatio que vere ineꝛ opus operatum aliud ab ipsa operatione dicitur factio/prout ad artem factio spectat:ꝛ non ad prudentiam:qz ett̄ haristare/equitare/iacularī/ad artem pertinēt:que opus nō relinquūt post operationē ¶Contra nonū discrimen obijcitur sic:eidem numero est mens practica ꝛ factiua.probatio: intellectus practicus/intellectus speculatiuus/ ꝛ intellectus factiuus/coincidunt realiter cum substantia aīe : ergo inter se identificantur. nunꝙ est̄ una creature due coincidētes in vno tertio.ergo inter se coincidāt realiter ꝙ sint intellect⁹ patet:nō sunt eius accidētia:qz tūc accidētis eēt accidens.ꝛ aīa non habet partes: ergo ett̄ aīa realiter idēntificantur. ¶Respondetur concedendo ꝙ eadem res numero est intellectus factiuus / ꝛ actiuus/practicus/ꝛ speculatiuus.sed alia ratiōe dicitur factiuus:alia rōne actiuus:ꝛ hoc sufficit. licet intellectus realiter sit voluntas:dicimus volitio est in voluntate:ꝛ non in intellectu. ¶Tertio obijcitur:ꝛ est quodāmodo replica contra solutionem primi argumenti . Ex dictis sequitur ꝙ idem actus ꝛ ex ꝙsequenti habitus est prudentia ꝛ ars: quod negat Aristo. patet:obiectum est idem. ¶Quarto sic:polycletus vel Phidias dicitur prudens statue factor.ꝛ tamen ab arte.ergo ars est prudētia. ¶Ad tertium dicitur:non est idem obiectum adequatum artis ꝛ prudentie:nam miles in bello operatur propter victoriam soluꝫ.secūdū qđ ipsa est factibilis exteriore factiōe nec curat ad quem finem vlteriorem victoria ordinetur. prudens ꝛ fortis alium prefixum finē tanꝙ partiale obiectum vt pote:vult vincere vt compescat insolentem hostem:viuere in pace:vel vt respublica sua bene viuat in tranquillitate.ꝛ si aliquis actus artis ꝛ aliquis prudētie habeant idem obiectum actualiter ꝛ adequate: non

inconuenit q coincidant realiter.sufficit distinctio ratiocinis.sicut idē actus numero pōt spectare ad grāmatī cū ⁊ ad logicam: vt q terminus communis predicatur de pluribus.tota multitudo tamen prudentie distinguit a tota arte ⁊ communissime ars realiter distinguitur a prudentia. ¶Ad quartum dicitur q dicit prudēs secundum quid: puta cum illo addito, est fallacia a dicto secundū quid ad dictū simpliciter/inferre talem propter ea prudentem. ¶Quinto obijcitur auctoritate Aristo. capitle quinto prefato dicentis: videtur ⁊ q̄z prudentis esse bene consulere posse circa ea que sibi sunt bona ac prosunt: non aliqua ex parte: vt quenam ad sanitatem vel vires:sed quenā ad bene viuēdū omnino conducant: vbi antiqua translatio expressius hoc dicit: ad bene viuere totum.cum prudētia bene cōsulit secundū totū bene viuere.ergo bene p̄sulit ad quālibet partem: vt ad extruendā arcē ⁊ ad imaginādā: ⁊ idē facit ars. ¶Respōdetur:ars ⁊ prudētia aliter p̄sulunt.ars edificatoria dirigit ad arctis munitissime cōpositionē: nō curādo siue sit honestū siue inhonestum. ⁊ ars nautigatoria ad oculate carpere viam in mari inter scyllam ⁊ charibdim sine vlla terroie relationē:et dictum est.prudens aliter consulit:⁊ dirigit q finem habitū an sit licitum parare nauim: vel arcem in tali loco extruere nec ne:⁊ an expediat. si inueniat q nec licet nec expedit desistit. ¶Nunc de prudentia quomodo ab arte secernitur habitus est sermo. prudentia actualis est iudicium intellectus quo iudicat aliquid circa agibile esse faciendū vel non faciendū. Ex sensu fit memoria.ex memoria experimētū:ex multis experimētis inducitur vna vniuersalis que est principiū artis:vt patet primo Metaphysice:⁊ secūdo posteriorum. Ars est recta ratio rerum factibilium: hoc est:iudicium verū de factibilibus:vt talia iudicia ex silice ⁊ lapidib⁹ duris extruenda est arx: fenestre in muro debēt esse late intrinsecus ⁊ anguste exterius.ferrum ad hoc q extendatur oportet vt calefiat ⁊ rarefiat.

Secundo circa hanc materiā que ritur: an prudentia a scientia distinguatur.idē est querere an prudentia distinguat a scientia:in moralī logica loquendo. in materia moralī opus est mentē loquētis ⁊ non rigorem logices ponderare. ¶Pro questionis solutione scito in hac parte variās extare positiones:⁊ ratio est: q̄ Aristo.in.vi. Ethico.dicit prudentiam distingui ab arte ⁊ scientia:quia scientia est necessariū ⁊ impossibilū aliter se habere: q̄ varij vario modo exponūt. Aliqui enim dicūt q̄ Aristo.in sexto solū intendit distinguere scientiam speculatiuam ab aliis habitibus intellectualibus:⁊ non scientiam practicam: ⁊ scōm hanc viam/moralis scientia potest coincidere cū arte ⁊ prudentia. Alīqui dicunt q̄ oēs scientia ab arte ⁊ prudentia distinguitur: per hoc q̄ scientia est vniuersalium:ars vero ⁊ prudētia singularium non vniuersaliū. Alij dicunt q̄ prudentia quadrupliciter accipitur:⁊ sic p̄ equiuocationem inutilē:⁊ nō ad intentionem Aristo. in sexto Ethicoꝝ:questionē absoluunt.has acceptiones vide in Okam ⁊ in aliquibus sequentibus . Propterea nihil in hac parte dici potest quod cum omnibus cōueniat.ponam aliquas cōclusiones quas puto cum Aristotelis mente ⁊ veritate magis q̄uenire. ¶Quarū prima est:scientia est necessariorū ⁊ incorruptibiliū.hec conclusio est Aristotelis sexto Ethico. iij. cap. dicētis: ipsuz ergo scibile necessario est:ergo est eternum,que eūm necessario simpliciter sunt/eterna sunt oīa:ac eterna/ingenita ⁊ incorruptibilia sunt,propositio scibilis est eterna/⁊ incorruptibilis/secūde intētionaliter:hoc est:est propositio necessaria/absoluendo copulam a tempore / in sensu conditionali/vel copulam modificando . solus deus est necessariū ⁊ incorruptibile prime intentionaliter. ¶Secunda conclusio:prudentia est vniuersaliū.probatur hec conclusio:assensus huius nullū malum est faciendū:vel huius/omne honestum est p̄sequēdum:est prudentia.patet p̄ oēs cōditiones ad prudētiā req̄sitas. patet hec cōclusio auctoritate Aristote.vi.Ethi.vij.in fine capitis dicit philosophus:neq; prudentia est vniuersaliū solū:sed singula etiam oportet cognoscere.⁊ in antiqua translatione dicit:neq; est prudentia vniuersaliū solū:sed oportet ⁊ singularia cognoscere. ¶Tertia p̄clusio: Prudentia est singularū. patet hec p̄clusio ex Aristotele in probatione p̄clusionis precedētis. ⁊ patet conclusio p̄ diffinitionē prudentie:⁊ patebit ex conclusione sequenti.

¶Quarta p̄clusio: Prudentia est magis singularium q̄ vniuersaliū:hoc est:magis relucet prudentia circa singularia q̄ circa vniuersalia.probatur hec cōclusio:ars ⁊ virtus sunt circa difficile.iij.Ethicoꝝ.ergo vbi est maior difficultas in recte iudicando: ibi prudētia magis relucet.sed hoc est circa singularia:q; in illis aberrare est facile:⁊ difficile verū attingere.circa vniuersalia facile est verum discernere. centū mille ꝓpositionū incōtractarū veritates cognoscimus: q̄bus si addatur specificatio alteri extremoꝝ/vel vtriusq;/vel ad singularia descendam⁹/protinus veritatē obscuram habemus.exēplificare poteo in speculatiuis:vt aliqua astra sunt supra nos:aliqs est in templo virginis: Christus descendit ad inferos:⁊ in practicis: Iatro est puniendus. singularia etiam sunt magis variabilia ad veritatē q̄ vniuersalia ⁊ superiora. superiora oīa semper hic censemus vniuersalia respectu suoꝝ inferiorum. cum etiam singularia magis afficiant appetitum q̄ vniuersalia.⁊ per p̄sequēs magis inclinat ad quertendū iudiciū q̄ vniuersalia. ꝓptereq dicit Aristoteles primo Rhetoricē: q̄ magis potest videre verū legislator:q̄ prefectus/aut iudex:q; iudicium legislatoris non est faciēdū partem: sed de futuris ⁊ vniuersalib⁹: prefectus aūt ⁊ iudex tm̄ de presentibus ⁊ determinatis iudicant:ad quos ⁊ amare/⁊ odisse/ ⁊ propiū cōmodū/ annexa sunt sepe:vt non adhuc possint videre sufficienter verum:sed attendere in iudicio propiū delectabile aut triste. Q; singularia plus moueāt q̄ vniuersalia patet experimento circa delectabilia: vt affici circa mulierem in cōmuni:vel circa hanc pulchram:cui quadrat illud Aristotelis.iij. de Ala:vniuersalis existimatio non mouet. Ex his p̄cluditur q̄ prudentia est maior ⁊ pulchrior circa singularia q̄ circa vniuersalia . Preterea: prudentia per experientiā maxime acquiritur:q̄ est circa singularia.propter quod Aristo.sexti Ethico.vij.dicit q̄ iuuenes fiunt mathematici:nō aūt prudentes: sic inquiens:geometre enim iuuenes ⁊ mathematici ac sapientes in talibus fiunt:prudētes aūt fieri non videtur. causa autem est:q; ⁊ singularium rerum est ipsa prudentia:que quidem per experientiam note fiūt:iuuenis autem non est expertus.experientiam enim temporis efficit longitudo. Nam ⁊ hoc quispiam consideraueri:cur puer mathematicus quidem fieri potest:sapiens autem aut naturalis non potest.,ppterea in septimo capite illius libri dicit Aristo. aliqui nescientes sunt promptiores ad agendum q̄ scientes:sic inquit:quapropter ⁊ nescientes nōnulli magis q̄ nōnulli scientes / idonei sunt ad agendum:⁊ in ceteris ij qui sunt experti.hoc exp̄liciter de carnibus retexit inquiens:nam si quispiā sciat leues carnes facile ꝯcoqui ac eē salubres: que vero sint leues ignoret:n̄ efficiet sanitatē: sed q̄ scit quāi carnes leues esse atq; salubres:is efficiet magis. Istud ptz manifeste de medicis ante experientiā in singularibus:esto q̄ vniuersalia scientie calleāt:cenitera replēt. idem est de medico aīe q̄ est ipse vir prudēs. Ex his patet q̄ prudentia est magis efferenda circa singularia q̄ circa vniuersalia. ¶Contra duas primas p̄clusiones obijcitur: ex eis sequitur q̄ eadem notitia numero actualis potest esse scientia ⁊ prudentiā: ⁊ per p̄sequens idem habitus numero erit scientia ⁊ prudentia: ⁊ sic moralis philosophia erit prudētia,⁊ tamē Arist.vi.Ethi.ponit discrimē inter illos habitus. ¶Ridetur:p̄cedēdo illatū / q̄ idē actus numero pōt eē scientia moralis ⁊ prudētia ex cōsequenti idē habitus.⁊ licet iudicia specie distinguantur/ q̄ habent ex terra est rotūda ab astronomo ⁊ physico:q; producuntur a causis specie distinctis:hic aūt idē iudicium potest causari ab vna causa:⁊ erit prudentia ⁊ moralis philosophia.ad Aristotelem dico: intelligit q̄ moralis philosophia ⁊ prudētia differunt ratione . alia est ratio quare est prudētia:⁊ alia quare est moralis philosophia. ¶Scōdo:intelligit de totali scientia morali: ⁊ de totali prudētia.⁊ ille/⁊ nūero / ⁊ specie distinguūtur. Aristo.eūm determinaturus de discrimine inter scientiā ⁊ prudentiā non habuit loqui quoniā pacto inter se cōueniant:sed quomodo differunt.quēadmodū physic⁹ volens discrimen ponere inter colicā ⁊ nephritim quomodo vnus morbus ab alio deprehēdatur: ponit illa in q̄bus differunt ⁊ negligit illa in quib⁹ cōueniunt: si succincte sitam artem tradit:mō licet Aristo. bene vidit q̄ aliqua prudentia est scientia ⁊ moralis philosophia:possunt tñ se ad ponendū illa in quibus discrimen habēt scientia ⁊ prudentia. ¶Tertio: potissima pars prudentie est circa singularia.ij.2)Metaphysice dicitur:speculatiue finis est veritas:practice vero opus.prudētia aūt nō est habitus speculatiu⁹:sed practicus. ideo finis eī⁹ nō est scire/sed operari.finis aūt inter cetera semp principali⁹ intendit:quis propter se:⁊ alia propter ipsum.ergo circa illud erit prudētia principalius/circa q̄ sunt operationes q̄ circa quod nō sunt operationes.sed operationes sunt circa singularia:vt dictū in procemio metaphysice. igit.nō sic de scientia: ergo iter se distinguūtur.Sed q̄ aliqua scientia est ars patet:omnis scientia practica est prudētia vel ars:sed scientia moralis est scientia practica:⁊ nuīq; vel perrarō est ars:ergo est prudentia.

Quero tertio:an prudētia semp sit habitus verdic⁹:siue sit sermo de actu prudētie siue de eius habitu in idem redit. ¶Respondeē affirmatiue ad q̄stionē. ꝓbat hec responsio siue conclusio affirmatiua auctoritate Arist. iij. capite sexti Ethi.dicentis: Sunt itaq; ea quibus verum aīa dicit affirmando aut negādo numero quinq;.hec aūt sunt/ars/scientia/prudētia/sapiētia/intellectus.Et q̄ Aristot.voluerit illud dicere ptz:prudentiā intellectu scientie ⁊ sapientie cōparat:q̄bus nō ꝓtingit errare : ergo nec cum prudentia. ¶Contra hanc p̄clusionē obijcitur : stat electionē esse bonā in voluntate:⁊ regulari ab errore inuincibili.probatio:si credam vel existimē Socratē esse pauperē qui est diues:⁊ volēdo ꝓformare me illi iudicio quo iudico/iste est paup/de dauida et eleemosyna : iste actus voluntatis est bonus:⁊ tñ non regulatur a prudētia:sed ab errore:ergo prudentia est error: cum sit assensus falsus obiectiue.vel prudentia non requiritur ad regulandum actum appetitus. ¶Respōdetur cōcedēdo q̄ ille actus voluntatis est bonus moraliter : ⁊ non regulatur a prudentia.illud iudiciū nō est prudētia.sem⁹ prudentia est de vero.si essi sit de falso/ nō est prudētia. termin⁹ prudētia hoc importat/q̄ sit de obiecto vero. Ad actus aūt bonitatē satis est illum a prudentia vel ignorantia inuincibili dirigi. ¶Cōtra hoc obijcitur:sequitur q̄ prudētia ⁊ error erūt eiusdē speciei specialissime.patet:habeam ego iudicium prudētiale de a.,ppositione practica q̄ aliqō certū ꝓs:⁊ sit a ꝓpositio vera in priore parte illius tēporis:⁊ falsa i posteriore parte illi⁹ ⁊c. ¶Respondetur p̄cedēdo illatū:prudētia erit error: prudentia erit nō prudētia. Aliter dicit:prudētia est de vero vt in pluribus.interdū tñ est de falso:⁊ sic dicit Eustratius. prior modus magis vtitur modo loquādi Aristotelis:licet sit difficultas quodā mō ad nomē. ¶Secundo obijcit sic: ex hac p̄clusione ⁊ duab⁹ p̄cedētibus sequitur q̄ prudētia est opinio:⁊ opinio falsa.consequens est contra Aristotelē tertio capitulo allegato:quī cū possit quinq; habitus veridicos:expresse dicit:fieri aūt potest vt falsum existimatione opinemur dicat. ¶Respōdetur:tres istorum habituū sunt a falsitate immunes : vtpote intellectus/qui est circa principia imediata scōo posteriora ⁊ scientia que est circa necessaria ⁊ mediata primo ⁊ tertio posteriorum.idē ptingit de sapientia:tenēdo q̄ habet p̄ obiecto/immediata ⁊ mediata.sed cum ars ⁊ prudentia sint circa cōtingētia:licet sint agibilia ⁊ factibilia: nō video quin possint esse de falso:⁊ realiter sunt opiniones interdū.vnde assensus quo assentio huic/pandū est beneficium huic:est opinio: casu quo sunt duo oblati / ⁊ nescitur vter eorum est magis idoneus.vel ego assentio illi:⁊ sunt apparentie de oppositis.est assensus incuidēs nonfides:nec aliquis alius actus ab opinione: ergo est opinio. Insuper assensu prudentiali assentio alicui/oubitando de oppositis:eodem modo quo est dubitatio circa opinionem:igitur.nec debet re mouere q̄ cōcedam opinionem sufficienter regulatam actus voluntatis:vsq; q̄ ignorantia inuincibilis sufficienter regulat actus voluntatis:qui est error prauc dispositionis,hoc non semper cōtingit de opinione. ¶Ad Aristo.dico: q̄ ipse est intelligendus/q̄ non est de ratione prudentie q̄ sit opinio:quia illo dato/quelibet prudētia esset opinio: quod liquet esse falsum.habetur prudentia necessariorum: de quibus nōn oportet habere opinionem. non tamen nego quin possint esse opiniones circa necessaria,scio alteram alterius esse necessariā : deus potest facere infinitū nullus deus potest facere infinitū:⁊ tñ circa vtrāq; tam opiniones. ¶Concludēdo dico:realiter aliqua prudentia est opinio:si quis in aere fingeret modū loquēdi:dicens q̄ opinio est solum in speculatiuis:⁊ nō in practicis:prudentis tamē nō est de falso.questione aūt octaua hec questio notior euadet.

Varto circa hāc materiam prudētie queritur:an prudētia sit virt⁹. ¶Pro questionis solutione ponūtur conclusiones. ¶Quarum prima est.prudentia est virtus intellectualis.Tertia conclusio : prudentia est pulchra virtus. ¶Prima p̄clusio probatur:eis habitus determinans potentiā aliquā ad eī⁹ opus optimū est virtus illius potētie . virtus eūm attenditur sm̄ maximū in q̄ potētia potest : vt dicitur primo celi. ideo dicit philosophus.vij. Physico, q̄ virtus est vltps

sitio pfecti ad optimū opus.sed quedā potentia aīe est intellectus practicus seu actiuus:ꝛ prudentia ipsum determinat ad suū opus optimū: sez ad recte ratiocinādū ꝛ iudicandū circa agibilia:ꝛ ad bene iudicandū de eis secundū humanā existimationē.ergo prudētia est virtus. hoc ipsum patet per Aristotelem in litera/ Senecam/ꝛ oēs morales. ¶Secunda conclusio ꝓbatur: prudentia inclinat animā ad vere discernendū: sed vere discernere ad intellectum spectat.igitur . ¶Tertia conclusio probatur:omnis illa virt⁹ que lucem ministrat reliquis in tenebris sedentibus/est pulchra virtus.sed sic est de prudentia.voluntas est cecā.intellectus ei lumen ministrat appetitui ostendens/quid respuēdum/ quid prosequendum/quomodo ꝛ quando:igitur. Secundo probat idem: omnis illa virtus est pulchra sine qua nulla esse potest: sed sic est de prudētia:igitur. ꝓbatio minoris: sexti Ethi co.vltimo.cū Aristo.recitat opinionē Socratis putantis omnes virtutes esse prudentias dicit q⁹ Socrates partim recte q̄rebat / partim peccabat. peccabat quia virtutes oēs prudentias esse putabat: bene dicebat nō esse sine prudētia ipsa aiebat:ꝛ paulo post ꝓcludēdo q⁹ infert.patet igiē ex dictis fieri nō posse vt sine prudē tia sit homo ꝓprie bonus:ꝛ absq; motū virtute prudēs. Tertio argumento: ad idem: omnis illa virtus que nimis obuiam it/ꝛ ad virtutes incitat / est pulchra: sed sic est de prudentia:igitur.prudens non potest falli ab incā tatore vel incantatrice vt peccet.q⁹ prudentiam cēn nouit alterius astutias.propterea scribitur Matth.x. Estote prudentes sicut serpentes:ꝛ simplices sicut columbe prudentes ne fallamini. simplices ne fallatis.serpens vnam aurē obturat terra: ꝛ alterā cauda ne incantatorem audiendo capiatur eius cantu.sic prudens ab allectiuis peccati vtrāq; obstruit:hoc est aufugit ne audiat. ¶Contra primā conclusionē argumētor: ars nō est virtus:ergo neq; prudentia : tenet ꝓsequentia conueniēti similitudine.antecedens patet auctoritate Arist.ꝛ allegauimus quodā modo superius in discriminibus inter artē ꝛ prudētiā. Aristo. dicit prudētia est virtus ꝛ non ars. Secūdo.ad Romanos.viij.scribitur: prudētia carnis mors:ꝛ prudentia carnis est prudētia.igit. ¶Respō detur:virtutes simpliciter sunt in appetitu vel in intellectu actiuo dirigente habitus appetitiuos . iste virtutes ꝓficiūt homini secūdū totū:siue secūdū partē principalissimā:a q̄ totā simpliciciter natū est denotari.artes ꝓficiūt homem secūdū itellectū factiuū q̄ nō est pars principalissima in homine.virtus homis secūdū q⁹ hō reddit homiē bonū simpliciter prudēs est bonus.tēperat⁹est bonus:nō aūt bonus faber vel bonus citharedus est bon⁹ simpliciter saltē nō oportet. ¶Ad secundū dicit q⁹ prudentia carnis nō est prudētia de qua loquimur ī, ꝓpositō: sed citius et aduersa. prudētia carnis est dū ḡs caute ꝛ auide ꝑter rationē q̄rit carni placere.sed vera prudētia est,vita.vt Aplꝰ statim post auctoritatē allegatā dicit/ sic inquiens:prudētia aūt spūs vita ꝛ pax.hoc est spūalis prudentia:de qua morales loquunt. ¶Quarta ꝓclusio.prudētia est specialis virt⁹.ꝓbatur: prudētia habet specialē materiā circa quā est:ergo est specialis virtus. ꝓsequentia est nota:ꝛ antecedēs patet.habet solū agibi lia dirigere:ꝛ iudicare inter illa.Secundo Augusti.xij. de trinita.cap.xiiij.eam ab aliis distinguit tanq⁹ virtutem specialem:ꝛ omnes de virtutibus loquentes. ¶Cōtra secundā conclusionē argumētor. omnis virt⁹ habitualis potest amitti q⁹ oblitionē:sed prudētia nō potest amitti q⁹ oblitionē.ergo non est virtus intellectualis. ¶Secundo: oīs virtus est moralis ꝛ appetitiua pudē tia(cum est virtus intellectus) non est moralis. igitur. ¶Ad priorē istarum rationū superi⁹ rēsum est:ꝛ adhuc respondet.videmus musicos ꝛ ceterarum artiū ꝓfessores ꝙ dissuetudinē non posse exire in actus siue scientie quondā habite.senex maxime in prudētia viget: ob crebras experientias melius inueteratus medicus patientes curat q⁹ iuuenis:licet nesciat tā exacte ad gryphos ꝛ intricaturas artis respondere ad formā. idem facit medicus spūalis . ¶Ad secundā respondetur/oīs virt⁹ est moralis:id est ꝙsuetudinalis:ꝛ ꝙ ꝙsuetudinē acquisita:siue fuerit virtus ītellectus siue affectus.de acquisita virtute loquor:ꝛ nō de infusa. ¶Secundo:prudentia est appetitiua:q; virtutes appetit⁹ virgit:sine qua nec generari possunt nec sufficienter inclinari in suos act⁹/ nec sinē rectum eis prestituere. ¶Tertio argumētor: sic secundū philosophū secundo Topicoꝝ/idē est susceptibile contrariorū:sed sola voluntas est subiectum peccati:q; sicut dicit Anselmus in libro de ceptu virginali. cap.viij.non punitur nisi volitas:ergo sola voluntas est subiectum virtutis:sed prudētia non est in voluntate tā q⁹ in subiecto:vt dicit ꝙclusio:igitur. ¶Quarto sic: oīs actus virtutis in habentē gratiā est meritorius: actus prudentie nō est meritorius:igitur nō est meritū recte ut dicare/d⁊ ꝓsequēdum/d⁊ respuendū: nisi sequatur electio. ¶Ad tertiū ꝓceditur maior: ꝛ minor: quia sola voluntas primo est peccati susceptiua.potest tamē cē pec catum in aliis potentijs. ¶Ad quartum ꝓceditur maior:ad minorē dicitur:actus intellectus pōt cē meritorius tanq⁹ actus imperatus. ¶Quinto argumētor: sic bene sequitur:in hoc intellectu realiter est prudētia:sed hic ītellectus est hec voluntas:ergo in hac volūtate realiter est prudentia. ¶Respondetur: ꝓcedendo ꝙclusionem:sed si ꝙ possibile vel ꝑsibile vel ꝑsibile volūtas ꝛ intellect⁹ distinguerētur:prudētia esset in intellectu: ꝛ nullo modo in volūtate. ¶Vel prudentia est primo in ītellectu:ꝛ ex ꝓsequēte ꝛ secūdario in volūtate. ¶Contra quartā cōclusionem obijcitur primo sic: specialis virtus ab aliis distincta/habet speciale obiectū:sed prudētia nō habet speciale obiectū:q; habet agibile in toto suo ambitu ꝙ suo obiecto:q; prudentia est recta ratio agibilis:sed oīa obiecta virtutū moraliū sunt agibilia.ergo prudētia nō est virtus ab aliis distincta. ¶Secūdo sic:virtus specialis ab aliis distincta nō ponitur in diffinitione virtutis in cōmuni:sed prudentia ponitur in diffinitione virtutis in cōmuni.patet.philosophus in.ij.Ethi.sic virtutē diffinit.Virtus est habitus electiuus in medietate existēs quo ad nos vt vtiq; sapiēs determinabit.ꝙ sapiēs/ prudentem intelligit . ¶Ad priorem istarū rationū ꝓcedo maiorem:ꝛ negatur minor.q; vnam materiam eo modo habet quo nulla alia virtus eam habet:licet quodlibet agibile respiciat. virtutes nō distinguunē ꝙ obiecta vel materias:sic sez q⁹ nunq⁹ due/vel plures habēt eandem materiā partialē vel totalē materialē vel formalem.de obiecto formali non loquor.sed ꝓcedo q⁹ dantur due virtutes:imo plurime distincte:habentes eandē materiā ꝙ obiecto partiali vel totali.sed aliter actus ꝛ habitus in illis materijs ferunē.de hoc aūt amplius post dicemus. ¶Ad secundā negē maiorē:q̄ est diffinitio data ꝙ addi tamentū:hoc est ꝙ accidentalia:ꝛ non est diffinitio q̄dditatiua ꝛ essentialis.subiectum ponitur in diffinitione accidentis.vij.Metaphysi.

Dubitatur: an sit vna prudentia in specie respectu oīm agibilū. Respondet:plurimi antiquorum ex verborum superficie philosophi posuerūt prudentiā vnā specie respectu omniū agibilium. sic docetus Thomas prima.ij.q.lx. tenet. Pro dubitationis solutione ponuntur ꝓclusiones sequentes. ¶Quarū prima est:multa sunt obiecta prudētiarum specie distincta. probatur.de talibus dictamintibus:nō est male agendū: bonus est diligendus:peccatum est euitandū.hec dictamina specie essentiali distinguunt:vt notum est. ¶Secunda conclusio:quotcūq; numero distinctorum specie distinctorum eoꝝ iudicia actualia que sunt/prudētie specie distinguū tur. ꝓbatio:quotcūq; scibilū ꝛ opinabilū specie distinctoꝝ/scientie ꝛ opiniones specie distinguunt.negata hac ꝓpositione:aperte mihi viam tenere q⁹ est vnus habitus in specie respectu totius logice vel Metaphy.immo respectu oīm scientiarū collectiue: erga pari forma agibilū specie distinctorum habuntur prudentie specie distincte. ¶Tertia cōclusio: quot sunt prudentie actuales specie distincte: tot sunt habituales prudētie specie distincte. probatio:vbiq; ad distinctionē specificā actus/ sequitur distinctio habitus specifica.probantur simul tale due ꝓclusiones.aliquis potest esse exercitatus in vna materia prudētie:ꝛ habituatus perfecte in illa:ꝛ tūc sic habitus illius non reddit eum propterea promptum ad prudenter iudicandū in alia materia : ꝛ hoc non est nisi quia non habet habitū prudētie altertus materie. ¶Dicerea:capio Socratē qui nunq⁹ actū prudentie elicuit. sed cum primū venit ad annos discretionis/offeratur ei vna materia prudentie circa quā intellectus eius elicit vnum actū prudētie/primū quē habebit : ꝛ sic de primo habitu.iste habitus ꝙ te erit eiusdē rationis cū habitu vel habitibus oībus quos Pericles aristotelicus habuit.ergo ita pōte iste iudicabit in omni materia prudentie sicut peritissimus ille Pericles:q̄ est falsum: ꝛ contra experientiam. Si dicas:intendit habitus priores. Contra:ergo saltē solū intensius inherebit primo dicta num:ꝛ nō pluribus. Finaliter argumētor sic:non est idē habitus artis in specie specialissima respectu oīm factibilium:ergo non est idem habitus prudentialis respectu oīm agibilium.cōsequentia tenet:q; eadem est ratio huc inde:ꝛ antecedens patet. scholasticus vir habet artem medicine siue chyrurgiam: tamen non habet artem militarē vel parū in ea nouit : secūdū diuersū vulgare. Iste loquitur sicut clericus de armis/per librorū lectionē. ¶Sed contra solutionē istius dubij argumētor: auctoritate Aristo.vi.Ethico.ca.finali dicētis:eresii cā prudentia que est vna simul inerunt vniuerse. Respondetur prudentia nec est vna numero nec vna specie:sed est vna vnitate attributionis.sicut logica vel grāmatica est vna propter vnum genus scibile ad quod ordinatur. sic oēs prudentie habent agibile: vel aliquod sub eo cōtentum ꝙ obiectū si fuerit prudentia vel pars subiectiua eius.

Hinc quinto circa hanc materiam queritur : an prudentia sit virtus melior q⁹ sapientia.hec q̄stio vnus supponit:de bonitate sapientie: ꝛ q⁹ ipsa est virtus intellectualis.ꝛ querit de cōparatione eius in bonitate ad prudētiam: vtra harum virtutum alteri ꝓferr. Circa entitatem sapientie varie extant positiones:quarum vna tenet sapientiam esse intellectum ꝛ scientiam collectiue.hec positio est nulla. tunc eīm non essent quinq; habitus veridici/contra Aristotelē:aliꝰ dicunt q⁹ sapientia est notitia causarum vniuersaliū: vt dei/ꝛ intelligentiarum. ¶Sed pro questionis solutione tam quo ad presuppositum/q⁹ quo ad quesitum/ponuntur conclusiones sequentes. Quarū prima est: Sapientia attribuitur his qui in arte aliqua exactissimi sunt. probatur hec conclusio per Aristotelem.vi. Ethicorum septimo:dicentem:sapientiam autem in artibus.hys tribuimus: qui in ipsis sūt exactissimi. ꝓphidiā enim sapientem sculptorem lapidum/ dicimus ꝛ ꝓPolycletum ſta tuarū identidem sapientē:atq; hic sapientiā nil aliud intelligimus q⁹ ipsius artis virtutem. ¶Secunda conclusio:sapientia est intellectus ꝛ scientia: hec conclusio est Aristo.in loco allegato dicentis sapientem. ergo nō solum ea scire que ex principijs cognoscuntur: sed etiaꝫ circa principia dicere vera oportet:quare sapientia intellectus est ꝛ scientia: ꝛ vt caput habens scientia eorū que honorabilissima sunt.ꝛ paulo post infert. ꝓpatet igitur ex his que diximus sapientiam scientiam esse ꝛ intellectum eorum que honorabilissima sunt natura. ¶Tertia conclusio : sapientia propie capta est intellectus ꝛ scientia circa altissima:vt pote circa diuina ꝛ substātias separatas.hec conclusio est Aristotelis post verba allegata inferentis:quapropter Anaxagoram ꝛ Thaletem ꝛ similes sapientes quidem: at non prudentes inquit esse.cum vident ipsos propria commoda ignorare:ꝛ sua quidem:ꝛ admiranda/ꝛ difficilia cognitu/diuina q⁹ scire ipsos:sed inutilia dicunt : quia non querunt bona humana. ¶Quarta conclusio:sapientia est habit⁹ simplex circa premissas ꝛ conclusionem. probatur hec conclusio : sapientia est circa premissas ꝛ conclusionem simul:vt ex Aristotele allegatum est: ꝛ non est congeries duorum assensuum/quorum vnus est intellectus/ꝛ alter scientia ex questionis fronte. ergo est habitus simplex. Secundo probatur idem:si non esset habitus simplex: non essent quinq; habitus veridici:contra Aristote. iste due rationes ꝙ verba Aristotelis concludunt hanc conclusionem quartā esse philosophi in litera. Tertio sic:si aliquid ꝓhiberet ne esset habitus simplex ꝛ,vnigenitus hoc esset : quia non potest esse vnus habitus vel actus circa premissas ꝛ conclusionem simul/sed hoc non impedit:habilis est est vnus assensus circa totam copulatiuam quo toti copulatiue assentitur ꝛ nulli parti eius. Sed forte dicis q⁹ nonnumq̄ sunt duo assensus duarū categoricarum : sicut copulatiua nihil aliud est q⁹ due categ.cum nota cōiugente eas. Contra hoc obijcitur: datur vnus assensus quo assentitur toti copulatiue/quē non componitur ex assensibus cathegoricarum eius.patet : datur vnus assensus quo assentio toti isti disiunctiue Tanais labitur in meotidem paludē:vel iordanis in mare mortuum descendit:ꝛ ille assensus non est alicuius partis eius:quia qua ratione est assensus vnius partis/eadem ratione est assensus vtriusq; partis: ꝛ sic idē assensus esset assensus totius copulatiue ꝛ duarum partium eius disiunctiue:quod non est dicendum . Forte dicis quia hec disiunctiua est vera / a me scita vera : non habeo aliam assensum ab assensibus partium. Contra. assentio huic/ omnia astra sunt parta:vel non omnia astra sunt parta:collectiue capiendo omnia aliquo assensu. ꝛ tamen ille assensus non est assensus alicuius partis illius disiunctiue:ergo eodem modo in disiunctiua : cuius vtrāq; pars est mihi nota vera : debitur alius assensus totius disiunctiue ab assensu alicuius partis:siue/simul tempore assentiam partibus siue non:nō refert. ergo eodem modo in copulatiua ex tribus categoricis conflata/debitur vnus assensus circa illas tres propositiones. Rursus:intellectus est vnus habitus veridicus/ secundum Aristotelem.vi.Ethicorum:qui est circa premissas: sed ille assensus est vnus / de tota copulatiua premissa-

rum ab assensibus partium copulatiue causatus. ergo pari modo potest dari vnus assensus totius syllogismi demonstratiui: capiendo syllogismū demonstratiuū ꝓ premissis ⁊ conclusione simul: qui simul erit intellectus ⁊ scientia. Forte dicis: nō est idē. licet sit vnus assensus totius disiunctiue ⁊ totius copulatiue: nō datur vn⁹ assensus quo assentitur cōclusioni ꝓpter premissas. Contra: eodem actu diligo deū ⁊ creaturā/ ⁊ creaturam propter deum: ⁊ si cōtingat eodē actu voluntatis diligere creaturam propter deū: quare negabitur hoc posse fieri in actu intellectus. Q. eodē actu voluntatis contingit diligere creaturam ꝓpter deū. patet: deus diligit creaturas ⁊ nō propter eas: quia tunc vteretur se ⁊ frueretur creaturis: quod est falsum: ergo diligit creaturas ꝓpter se: ⁊ hoc eodem actu ergo hoc non est negandum a creatura: ⁊ patet in actu intellectus respectu dei. Deus assentit cōclusioni ⁊ premissis vnico actu. dicis: essentia diuina est ei obiectum primariū/ ⁊ premisse ⁊ conclusio solum sunt obiecta terminatiua, hoc non impedit propositū. rationes iste conclusionē quartā assumptam suadent. ¶ Quinta conclusio ad questionis titulum responsiua est hoc: sapientia est melior prudentia. in hac conclusione cōparo sapientiam ⁊ prudentiam pure naturaliter acquisitas: prescindendo ab eis oēm habitum infusum: ⁊ oēm illustrationē supernaturalē: ita q̄ metaph. que de primis causis entium cōsiderat ea que de ipsis possunt humana ratione haberi dicatur sapiētia: ⁊ prudēta captatur collective ꝓ iudicijs agibilium humanorum cum annexis ad illa iudicia: ⁊ tā capiendo sapientiā collective: vel capiendo vnū obiectū cum alio: vel aliqua pauca paria in numero inter prudentiam ⁊ sapiētiam. hoc modo capiendo terminos ꝓbatur hec cōclusio. Sapientia habet longe nobilius obiectū ⁊ actus ꝙ prudentia. ergo sapiētia est melior. consequentia tenet ex primo de anima. antecedens patet: sapientia est circa deū ⁊ eius effect⁹ vt in deum relucent: circa intelligētias ⁊ earum motus in ordibus celestibus prudentia vero est circa hoīes ⁊ eorum actus: ergo sapientia est melior prudētia. hanc rationem innuit Arist. vi. Ethi. dicens: erit vtiq; sapientia intellectus ⁊ scientia: ⁊ quēadmodū caput habens scientia honorabilissimo: ac si argumentaret sic. oīs ille habit⁹ est alio melior qui est circa nobilius obiectū: sed sic est de sapientia respectu prudētie: igitur. Unde subdit ꝓ probatione minoris inconuenies vtiq; si quis scientiam politicam vel prudentiam studiosissimā existimat esse: si non optimū eox que in mundo homo est. ¶ Secūdo ad hāc conclusionem argumētor sic: Arist⁹. in fine. vi. sic dicit: sicut sanitas facit felicitatem corporis: ita sapientia facit felicitatem animę: ⁊ sicut ars medicinalis est ad sanitatem: ita prudentia est ad felicitatem. ars autem medicinalis non principatur sanitati. non cū ꝓcipit sanitati quid/ aut quo modo operetur: sed ꝓcipit gratia sanitatis acquirende vel conseruande: tanq̄ ministra ipsi sanitati: ⁊ sanitas sic est finis eius. ergo similiter prudentia erit ministra sapiētie: ⁊ sapientia finis eius: ⁊ hoc innuit philosophus inquiens: neq; prudētia principalis est sapientie: quēadmodū neq; sanitas medicinalis. non enim vtitur ipsa. sed videt qualiter fiat illa: cuius gratia ꝓcipit: sed non illa. dicit Arist⁹. Dicere prudentiā principari sapientie/ simile est ac si diceremus politicam principari diis: ex eo q̄ precipit circa deorum templa ⁊ sacrificia: non tamē diis: sed gratia deox. Et in fine magnorum moralium dicit prudentiam se habere ad sapientiam sicut se habet curator in domo ad oīa qui oīa disponit ⁊ ꝓparat domini gratia: vt dominus a necessarijs absolut⁹ posset operari sibi congruentia. sic enim prudentia tāq̄ ministra parat locū sapientie: ⁊ in proemio metaphysice ceteris discipliis ꝓfert inquiens: necessarium res quidez omnes sunt ipsa: dignior vero nulla. ergo studium Thaletis ⁊ Anaxagore/ studio Periclis est preponendum. ¶ Contra primā conclusionem ⁊ tertiam simul obijcitur sic: Phidias ⁊ Apelles erant sapiētes: ⁊ pauca admodū circa res altissimas nouere: ergo tertia conclusio ⁊ quinta simul sunt false. ¶ Respondetur: sapientia capitur tripliciter. vno modo late pro habitu excellenti in aliqua arte ista non est sapientia absolute: sed sapientia cum addito vt plenius sexto Ethicorum dicere proponimus. Secundo modo capitur ꝓ habitu simplici circa primissas ⁊ conclusionem simul: siue in inferioribus siue in superioribus. Tertio modo capitur ꝓ notitia circa substantias altissimas: ⁊ a sensu remotissimas. ⁊ adhuc pro bono simplici habitu vel collectiue ꝓ habitibus multis capi potest. Primo modo Apelles est sapiens. Secundo modo quilibet habitus conclusionis ⁊ premissarum demonstrationis est sapientia. Tertio modo proprie capitur in tertia conclusione ⁊ in quinta.

¶ Contra quartam conclusionem obijcitur sic: intellectus ⁊ scientia distinguunt̄ a sapientia. ergo sapiētia nō est intellectus ⁊ scientia. ¶ Respōdetur: intellectus est notitia adhesiua premissarum: puta assensus vnus totalis premissarum: vel assensus partiales premissarum ⁊ scientia simplex est notitia conclusionis: a notitia premissarum ⁊ bonitate cōsequentie causata: sapientia est notitia simplex causata a notitia premissarum/ bonitatis consequentie ⁊ notitia scientifica conclusionis. simplex inquā in essendo, componitur enī ex partibus eisdē rationis. per equiualentiam est scientia ⁊ intellect⁹: q̄s est adhesiuo circa eadem circa que est intellectus ⁊ scientia simplex, ⁊ sic sapientia est composita per equiualentiam: ⁊ simplex in essendo ⁊ qualitas in animo simplex: aggregatum vero intellectus (qui est circa solas ꝓmissas) ⁊ scientie circa conclusionem/ est congeries ex reb⁹ diuersarum rationum. sapientia supponit scientiam in intellectu simpliciter: tanq̄ effectus naturalis suam causam. ⁊ si non semper causetur sapiētia in intellectu: quādo habetur intellectus ⁊ scientia circa ꝓmissas ⁊ cōclusionem habetur q̄ ille non sunt cause sufficientes ⁊ adequate productiue sapientie. ¶ Contra illud obijcitur: si potest dari vnus assensus circa premissas suas/ ⁊ cōclusionem simul: sequitur q̄ eadem notitia erit fides / opinio/ ⁊ error: similiter eiudētia ⁊ meiudentia: quod cōtradictionem includit. patet capiēdo ꝓmissas duas quarū vnius habeaꝫ in intellectu error: alterius opinio: ⁊ fides de cōclusione: sed euidētia de bonitate consequētie: tunc assensus causatus ab illis oīibus tot sortietur nomina quot illi assensus particulares: vel erit sapientia: non refert de nominibus. ¶ Respondetur: non est inconueniēs q̄ idem assensus erit opinio in ordine ad vnū obiectum ⁊ fides in ordine ad aliud obiectum: ⁊ error circa tertiū. Euidentia circa vnū obiectū: ⁊ ineuidentia circa aliud. hec cū notitia est multe notitie equalenter: nō est opus q̄ dicatur sapiētia: immo nō debet vocari sapiētia: cum nō ꝓtineatur in vna acceptione ꝓmissa. Ite: sapiētia est habitus vel actus veridicus, vi. Ethico. ¶ Secūdo obijcitur ꝓ ra illud q̄ dicebat in probatione quarte cōclusionis. totū est sue partes solū: ergo assensus copulatiue nō est nisi duo assensus partiales partiū eius. ¶ Respō detur: cōsequentia est nulla. dissentimus cū toti copulatiue: neutri parti dissētiēdo: vt socrates currit ⁊ socrates nō currit. ḡ eodē mō possum⁹ habere vnū assensū in totā copulatiuam latum: qui non fertur in vnam partē eius similiter assentim⁹ disiunctiue crebriter/ neutri parti ei⁹ assentiendo. Sed facile dicetur: nō est simile. assensus disiunctiue non causatur ab assensibus partiū eius: sed aliunde. est ꝓpositio interdū ꝓ se nota/ ⁊ a sola notitia appreheēsiua terminox causatur eius assensus. sicut aliqua copulatiua est ꝓ se nota in falsitate: vt Socrates currit ⁊ Socrates nō currit. nunq̄ cū causatur assensus totalis copulatiue sine assensibus partiū. ergo nō est idem. ⁊ per cōsequens ꝓbationes nulle. ¶ Fateor: nunq̄ causatur assensus totius copulatiue affirmatiue/ sine assensibus partium: nec naturaliter potest aliter causari: tamē est vnus assensus totius: ⁊ non partis: qui nō potest esse sine assensibus partium. q̄ sit tertius assensus tot⁹: patet sicut de sapientia. Insuper: tota copulatiua est vnus intelligibile ⁊ apprehensibile: ⁊ propositio. ergo eius est iudicium primo q̄ non est respectu partiū. esto q̄ in intellectu simul sint iudicia categoricarū que partialiter hoc iudicium causant. ¶ Contra quintam conclusionem instatur: illa virtus est melior/ que animę meliorē partē ꝑficit. prudentia aūt est huiusmodi. ergo/ prudētia est melior sapiētia. maior est Aristotelis decimo Ethicox de felicitate: ⁊ expresse septimo politicox. probatio minoris: illud est optimū hoīs q̄ corumpitur ꝙ malitia ⁊ extinguitur ꝙ bestialitatem. sed pars animę perfectibilis per prudentiā est huiusmodi: ⁊ nō pars aīe speculatiua. maior huius ꝓ syllogismi patet ꝙ Aristotelem. vii. Ethico. vbi vult q̄ optimū i hoīe malo malitia humana / aliter coruptum est q̄ in hoīe bestiali: qm̄ in hoīe malo coruptum est quia deprauatum hominē vero bestiali sic coruptum est q̄ non vertur eo. minor aūt patet. vi. Ethic. vbi philosophus dicit q̄ temperantia seruat prudentiā ⁊ q̄ intemperantia corumpit eam: que tamen non corrumpit neq; peruertit existimationem specillatiuam.

¶ Respondetur cōcedendo maiorem: partes enī animę sunt eadē res. solum aūt est distincto rationis. ergo illa pars animę que respicit nobilius obiectū est melior: sed sic est de sapientia: vt in conclusionis ꝓbatione patuit in septimo Ethico. Aristo. vocat optimū in hoīe totam partem rationalē: distinguendo eā cōtra partem sentitiuam: q̄ non intēdit distinguere inter prudentiā ⁊ sapientiam. illa autem tota pars rationalis per intemperantiam corumpitur: primo ⁊ directe pars prudentialis: ⁊ ex cōsequenti parte sapientialis: quia presupponit prudentialē. ¶ Secundo obijcitur: illa virtus est melior cuius principalis effectus ⁊ proprius est melior: sed finalis effectus prudentie est melior ꝙ finalis effectus sapientie. finis enī scientie est scire solū: vt patet. i. Meta. ⁊ in proemio eiusdem. finis aūt prudentie est bene viuere. totū hoc aūt melius ꝙ scire tm̄. ergo Metaphysica non est melior prudētia. ¶ Respondetur concedēdo maiorem totam: sed negetur minor. nemo potest ponere se ad Metaphysicā. hoc est ad istam speculationē ꝑfundā ⁊ continuā celestium: quin sit abstract⁹ a mundanis ⁊ vanitatibus: que animā a vera metaphysica impediūt. Si enī quis sit malus ⁊ fluctibus seculi vel fedis corporis voluptatibus inuolutus: nunq̄ profunde in metaphysica speculabitur: ⁊ patet a signo de hoībus qui vere contēplationi se dederunt: vanitates seculi (in quibus ambitiosi succūbunt) reliquerūt: ⁊ pater illud auctoritate scripture in maluolam animā non introibit sapientia: nec habitabit in corpore subdito peccatis. malitia excecat intellectum: ⁊ ponit hominem in fines illicitos: ⁊ eos facit rimari media illicita pro illorum finiū consequutione: ⁊ si quis fuerit immersus peccatis carnis: impossibile est q̄ possit in metaphysica: esto q̄ aliquas quisquilias cognoscere potest. animalis homo nō ꝓcipit ea que dei sunt: prime ad Corinth. ij. Poete enī ⁊ multi tumultuosi aulicos sequentes: de deo non ita scrutati sunt profunde: sicut philosophi qui vnam primā causam intrepide posuerunt de virtutibus more christianorum loquuti sunt. digniq; erant qui a deo illustrarentur: de talib⁹ loquutus est philosophus: qui virtutem suam speculationi honeste circa Metaphysicaz deuenerūt quos felices in decimo Ethicox censuit. prudentia coadiuuat vt homo sibi prouideat de necessarijs: vt sit in quiete: ⁊ in otio ad speculandum. Omnes enim natura scire desiderant: primo Meta. ⁊ primo Officiorum dicit Tullius: omnes enī trahimur naturaliter ⁊ ducimur ad cognitionis ⁊ scientie cupiditatem. prudentia potest tollere impedimenta: ⁊ ministrare necessaria: ne ab hoc sancto studio quis impediatur.

Exto circa hanc materiam quaritur: an prudentia monastica siue personalis que in libris Ethicorum traditur: oeconomica prudentia que in oeconomicis: politica que in libris Politicorum sint vna prudentia. Circa questum varie sunt positiones: aliqui dicunt q̄ realiter distinguunt̄: sed sunt cōnexe: quēadmodum virtutes morales prudentie. sic nullus potest habere prudentiam monasticam perfectē nisi oeconomicā ⁊ politicam habeat. Alij dicunt q̄ sunt idem habitus in re. Aristo. nihil aliud de hoc questo dicit nisi q̄ sunt idem habit⁹: esse aūt non idē ipsis. ¶ Pro questionis solutione pono sequentes conclusiones. Quarū prima est: prudentia monastica consistit in hoc q̄ homo bene cōsulit suo proprio bono. hoc supponitur ex Aristotele ⁊ modo loquendi. ¶ Secunda conclusio: homo bene cōsulit proprio bono cōsulendo bono cōmuni. probatur. bonum cōmune est procurandum laudabilius ꝙ proprium bonum quando bonum proprium includitur in bono cōmuni: ⁊ homo illa via proprium bonum acquirit. Primo officiorum dicit Tullius: Nō solum nobis nati sumus: sed partem ortus nostri sibi patria vendicat ⁊ partem amici. ⁊ nono Ethicorum. reprehēsibilis est ille qui nimis se amat. Hec valet dicere. bonū cōmune est nobilius: ḡ nō est ordinādū in bonū ꝓprium q̄: nō est inconueniēs q̄ finis principalis ordinet in casu in finē minus principalē: dūmodo finis min⁹ principalis ordinet in vltriorē finē nobiliorē. Socrates erat diligit deū ꝓpter beatitudinē formalē: sicut canonicus surgit ad matutinā vt habeat distributiones. Ex his sequitur q̄ idē habitus realiter est prudentia monastica/ ⁊ oeconomica/ ⁊ etiam politica. bene cōsulendo familie ⁊ politie: homo proprium acquirit bonum. ¶ Tertia cōclusio: aliquis potest habere habitū ad sibi solū cōsulendū: qui nō sufficit ad bene cōsulendū familie vel politie. probatur. aliquis vitā solitariā/ vel sub modio ducit: sibi bene consulendo: qui nescit familie ⁊ politie cōsulere. ergo requiritur alius habitus (certū in specie) ad hoc vt bene sciat in hoc cōsulere. q̄ sunt distincti habitus secundum species patet. illi habitus habent fines spectabiles/ cum obiectis distinctis: puta bonū proprium/ bonū familie/ ⁊ bonū ciuitatis siue politie: ⁊ experientijs specie distinctis indigēt. ¶ Quarta cōclusio: aliquis potest habere prudentiam oeconomicā nō habēdo prudentiaz politicā, ꝓbatur hec cōclusio vt ꝓcedēs aliquis pōt scire cōsulere familie sue bene ad partē: qui in politia ⁊ cēs

vicinis nō potest bene viuere/ꝛ tranquille/aliis ꝓfulendo. ergo ꝓmuniter ist habit⁹ ſpecie diſtinguūt. ¶ Quinta ꝓclusionator est prudētia politica ꝙ prudētia monastica ꝛ oeconomica. ptz. plus est scire cōsulere in tota politia ꝙ in familia sola. ¶ Sed ⁹tra quartā ꝓclusionem obiicitur. ꝓbando q⁹ isti habitus nō differāt specie / auctoritate philosophi dicētis: habitus est idē: esse vero diuersum. ¶ Respōdet: sunt idē habitus genere: sicut logica dicitur una: esse est aliud: hoc est habēt discrimen speciſicum: sicut Eustracius exponit. Insup. vij. capite sexti Ethicoꝝ Aristoteles ⁹tud dicit sic intelligat⁹ cuius facultas: ꝛ prudentia suple politica est idē habitus realiter: esse tamē ipsarum nō est idē: hoc est secundū rationes formales ac cōnotata ille nottones diſcrepāt. Et eodem modo solui potest questio An prudentia politica ꝛ prudentia legis positiua siue architectonica sit idē habitus: ꝛ dicitur q⁹ specie differunt. prudētia legis positiue ad principē vel ad gubernatores reipublice spectat: ad recte dirigēdos subditos. prudētia politica ad subditos attinet. nō subijci ꝛ principari obiecta specie distincta respiciūt: ergo tā actus ꝙ habitus eoꝝ specie diſtinguūtur/cōmuniter. ſi in vno casu sit idē actus: nō est mirandū. ¶ Contra illud instatur: idē est habitus in specie in discipulo ꝛ in doctore: sed legislator est doctor/subditos docens quid facere oporteat. modo politicus est discipulus: ergo similē habitū in specie acquirit cū legislatore. ¶ Secūdo: legislator ꝛ subditus habēt eundē finē vltimū: scz feliciter ꝛ bene viuere in politia / vel trādlle ꝛ bene viuere. ergo actus eoꝝ est idē in specie. ꝛ ꝙ ois eorū habitus est idem. ¶ Ad primū respondeꝫ q⁹ hoc est verū cōmuniter in speculabilibus: vbi eadē conclusio ꝙ media eadē demōſtrāt. nō est sic in legislatore ꝛ subdito. vnus ꝓcipit facere dirigēdo animi cogitatū in vtilitatē publicā. alter figit mētis aciē in aliud illi parēdo. sed ſi subditus velit similiter velle sicut legislator ꝛ ꝙ cōmunī bono agere: forte intendit esse legisperitus/vel ei consiliarius: quid ꝓhibet vt habeat actum eiusdē speciei secum? ¶ Ad secundū dicitur: licet habeant eundē finem remotū ꝙ obiecto partiali: hoc nō sufficit ad idētitatē speciſicā act⁹. semp enī distinctio partialis specifica obiecti: discrimē speciſicum actus ꝛ habitus arguit. ꝛ idē ttas totalis eiusdē speciei obiecti non sufficit vbiꝫ cōcludere idētitatem speciei specialiſſime actus.

Dubitat⁹: an requirat⁹ ad bonitatē actus moralē ter boni cōformitas ad prudentiā. Et probatur q⁹ nō: iste act⁹ est bon⁹/volo dare huic eleemosynā: demōſtrādo diuitē qui simulat se esse extreme pauperē: vel actus quo Jacob voluit cognoscere hāc: demōſtrādo Liam. vter⁹q⁹ istoꝝ actuū est bonus. ꝛ tamē neuter a prudentia regulatus est: cū iudicium intellect⁹ est falsum: ergo nō est prudētia. tenet ꝓsequentia ex dictis. ¶ Respondet Durādus: immo regulatur a dictamine vero. hec dictamina sunt vera: hec est a me cognoscenda huic vanda est eleemosyna: licet ex errore sequatur. non inconuenit verū ex falso sequi. Okam dicit: talis habet iudicium vniuersale: vt ois vxor mea est a me cognoscēda: ꝛ iudicii particulare falsum: hec est a me cognoscenda. ꝛ ad bonitatē moralē sufficit cōformitas ad dictamē vniuersale: quis dictamē particulare sit falsum. Martinus magister aliqualiter ab isto discrepat: dicēs ꝙ talis habet duo iudicia: vnuersale ꝛ particulare. similiter habet duas volitiones cōformes illis duobus iudiciis. vniuersale est verū: ꝛ volitio illi cōformis bona. iudicium particulare est falsum: ꝛ volitio illi cōformis est mala moraliter: ꝙ immediate imperatiua executionis male moraliter: sed non imputabiliter: ignorātia inuincibilis excusat ab imputabilitate: sed nō a malitia morali. ꝓpterea actus ille est moraliter bon⁹. Alexander istorū modoꝝ valet: sed vterq⁹ eoꝝ facit difficultatē vbi nulla est. non prior modus: ꝙ statim mutabo terminos: dicendo/ vanda est huic pauperi eleemosyna. istud dictamen est ꝓpositio falsa: ergo est dictamen falsum. similiter de alio: hec vxor mea est a me cognoscenda: istud dictamen est falsum: ꝛ actus vtriq⁹ dictamini ꝓformis est bonus. Nō valet secundus modus: ꝙ ponatur precise iudicium particulare in intellectu cuz actu illi dictamī nūrespondente: ille actus voluntatis est bonus. ¶ Sed dicis: est moraliter malus. Cōtra hoc obiicitur: ille act⁹ est meritorius tu habēte gratiā: dūmodo referatur in finē debitum: ergo est bonus moraliter: tenet ꝓsequentia: negare eīī hanc ꝓsequentiam est oīm ordinē in morali philosophia puertere: abſonū est ꝓcedere hanc propositionē/actus meritorius est malus moraliter. Item: ſi sit malus: nō est malus malitia pene: ꝙ hoc non oportet: ergo est malus malitia culpe: ꝛ sic idem actus voluntatis est meritor⁹? ꝛ culpa: ꝙ⁹ est absurdissimū. Dico ergo aliter: ꝙ ad actum moraliter bonū non requirit vsquequaq⁹ harmonia ad dictamen prudentiale: sed sufficit ꝓformitas eius ad vnum istorum: scz ad dictamē prudentiale: vel ad errorem non imputabilē: vel ad ignorantiā inuincibilē: ꝙ⁹ est idē dictu. Potest quispiā (ſi verba multiplicare velliderat) dicere talia dictamina esse vera veritate practica: ꝛ falsa falsitate speculatiua: ad hunc sensum: ꝓpositiones ipse sunt false: licet non sint speculatiue: put speculatiuū a practico distinguit. vera sunt veritate practica: hoc est: practicans sīm q⁹ dictatū est a talē bus dictantibus bene agit. Et ꝙ hoc potest solui talis difficultas: ego volo esse Carthusiensis: supposito q⁹ reguletur a iudicio tali/teneor intrare carthusiam: ꝛ ponatur iudicium erroneum inuincibiliter. ¶ Sed ⁹tra illud argumētor: ꝓbādo q⁹ iudiciū erroneū nō pōt actum bonum dirigere. patet: nullum turpe regulat actum bonū: sed omnis error est turpis: igitur. consequentia tenet cū maiore: ꝓbatur minor/ex Tullio primo officiorꝫ dicente Dīs enī trahimur ꝛ ducimur ad cognitionis ꝛ scientie cupiditatem: in qua excellere/pulchrum putamus: labī autem/ꝛ errare/nescire/ꝛ decipi/ꝛ malum ꝛ turpe ducimus. ¶ Respondetur concedendo maiorem: sed negē minor. ꝛ ad eius ꝓbationē ex Tullio: dico: loquitur vbi est error vincibilis: pater statum ꝙ verba sequēta in quibus ait: In hoc genere naturali ꝛ honesto duo vitia vitāda sunt: vnū ne incognita pro cognitis habeamus hisq⁹ temere assentiamur: per temere/ errorem imputabilē intelligit: quando homo non adhibet diligentiam quā ad hibere tenetur vt veritatem deprehendat. quod adhuc latius explicat inquiens: quod vtrūm effugere qui volet (oēs autem velle debent) adhibebit ad considerādas res ꝛ tempus ꝛ diligentiā. Potest tamē quis post oēm diligentiam (ad quam tenetur) adhibitam/aberrare. hec est est nostra miseria post primi parentis lapsum. ¶ Si dicas: homo nunq⁹ debet assentire quoad veritatem deprehensam habeat. hoc nihil est. in rebus de necessitate salutis non semper habebitur sincera veritas: sufficit ꝓbabilis ratio secundū temporis exigentiam. ꝛ hoc satis innuit Tullius loco prefato post verba allegata inquiens: alterum est vitium q⁹ quidam nimis magnum studium multamq⁹ operam in res obscuras atq⁹ difficiles conferunt. Cum ergo res sit difficilis cognitu capiatur cognitio secundū exigentiam operis temporis: vt vult Aristoteles primo Ethicorum.

Septimo queror: an eubulia/ synesis/ꝛ gnome: sint partes prudentie ab inuicem ꝛ a prudentia realiter distincte. In primis nominū explicationes ponem⁹. postea ꝙ cōclusiones respondebitur ad questitū. ¶ Eubulia est habitus inclinans ad recte consuledum ad optimū finem attingendum/ per optima media/ꝛ sic de aliis bonis circūstantijs/ loci/temporis/ꝛ similibus. Dicitur ab eu qō est bonum: ꝛ boule quod est consilium: quasi bene cōsiliatiua: cui⁹ habitus oppositus dicitur cacobulia. illa est habitus inclinans ad male consulendū. quo fit: q⁹ ꝓprius actus eubulie est bona inuenire media: Eubulia non est custodia nec⁹ solertia: qz eubulia est cū inquisitione ꝛ ratiocinatione inuentionis medij. Eustochia vero ꝛ solertia ꝓpte inuentiue medium ad finem statutum/sine ratiocinatione. differunt autem eustochia ꝛ solertia/ sicut superi⁹ ꝛ infertius. nam solertia est inuentiua medij sine ratiocinatione: ſ speculatiuis ꝙ in practicis. eustochia vero est inuentiua medij sine inquisitione precia/tū in practicis. Synesis aūt est habitus inclinans ad recte iudicādum de mediis per Eubuliam inuentis. dicitur a syn qō est con/ꝛ esis. i. decentia (estos enī decens est/quasi iudicans cum decentia) cōtra/a synesios ea iudicandi accidentia carēs. In palestra literaria: vt in Sorbona ad oculū creditur videmus vnū promptum ad impugnandum: ꝛ mediocrum ꝓptissimū inuentiuum qui male respondet. alius aūt non idoneus impugnator/ solide ꝛ constanter respondet. ergo bene iudicat de mediis inuentis ꝛ recte⁹ creditur ꝙ medij inuentor: ergo stat vnum habere vnaz promptitudinē: ꝛ alia carere: ꝛ ab īdustria naturali illud venit. sed postea ex actibus generantur habitus: de quibus locuti sumus. Gnome est habitus inclinans ad recte iudicandum de inuētis ꝙ ebuliam pertinētibus ad iustum epīces. vnde gnome se habet ad synesim/ vt iustum epīces ad iustū simpliciter. vel sic clarius: Synesis est iudicium de agendis secundū cōmunem legem: vt homicida est occidendus: vepositi est reddendum. Sed me autem iudicat secundū rationē naturalem in quib⁹ deficit lex cōmunis: vtpote iudicat ꝙ in casu ille homicida non est occidendus: nec furioso reddēdum est depositum quo male sit vsurus. ¶ Secundo scito: ꝙ beatus Thomas in prima secunde questione quinquagesimaseptima: arti. vi. ponit vtrū synesim ꝛ eubuliam (quas ponit philosophus sexto ethicoꝝ) tertiū actum prudentie: qui est precipere: quem principalem vocat. Idem facit questione quinquagesima octaua. articulo quinto. in solutione ad tertiū. Et secūda secunde questione quadragesimaseptima. articulo octauo. ¶ Contra istū principia. lem actum eius: qui est precipere: argumētor primo sic: vel ille actus qui est ꝑceptū: vt fac hoc vel illud: est simplex apprehēsio/vel cōplexa apprehensiua non iudicatiua: vel iudicatiua (non sunt plures operationes intellectus sīm philosophū) sub nullo aūt istorū membroꝝ cōtinetur. ſi sub iudicatiua: cōtra synesis recte iudicat de medio inuento. Si dicas: est notitia apprehensiua nō iudicatiua: ergo synesis est illo precepto ꝑfectior. ¶ Secundo: stante iudicio in intellectu meo ꝙ pauperi vanda est eleemosyna: volitas mea potest se illi iudicio conformare: quo facto: actus voluntatis erit bonus ꝛ virtutis generatiuus: ergo inane ponitur illud ꝑcipere ꝛ ali⁹ actus quem dicis esse perfectiorem. Dicis: voluntas potest cōtraenire iudicio: sed non isti precepto. ¶ Contra: vel illud preceptum naturaliter producitur: vel libere: ſi primū: cum actus voluntatis sequatur ad illud preceptum naturaliter: neutrum illorum actuum erit bonus moraliter vel meritorie. Si secundū: adhuc actus voluntatis non erit meritorius nouī premiſſis. mere naturaliter sequaē ad illud imperium: sicut de actu exteriori contingit/ ꝙ non est meritorius alterius premij ab actu eius elicit⁹. ¶ His suppositis/ponuntur conclusiones. ¶ Prima est: aliquę sunt partes subiectiue prudentie. probatio: de prudentia architectonica seu legis positiua: prudentia monastica/ꝛ prudentia politica: ꝛ multe similes species dari possunt: vt prudentia militaris/prudentia paterna prudentia filialis: ꝛ ita de talibus. de qualibet illarum prudentiarum: vel de termino incomplexo locō illarum sumpto: predicatur prudentia tanq⁹ genus de specie ꝓpte dicta. ¶ Secunda conclusio non est ponendum in pertium vel preceptum in intellectu vtrū iudiciū ꝛ synesim. probatur hec conclusio ex reprobatione positionis sancti Thome nunc recitate. non potest bene assignari quis actus ille sit: ꝛ ad quid vāleat. ¶ Tertia conclusio licet eubulia non sit pars subiectiua prudentie propie capte: tamen synesis ꝛ gnome sunt partes prudentie. prior pars pātet: prudentia in recto solum supponit ꝙ iudicio actuali vel habituali intellectus. eubulia pro ta li non supponit. ergo prudentia non predicatur in recto de eubulia: ergo non est genus eius. ergo eubulia nō est species specialiſſima subiectiua eius. Secūda pars patet: illi termini habent significationes interiores ad terminum prudentia. circa eandem materiam sunt: ꝛ in eadem potentia: scilicet in intellectu practico actuo: igitur non videtur quare negandum est ab eis inferioritas ad prudentiam. ¶ Quarta conclusio: Eubulia est pars integralis similitudinaria prudentie etiam propie capte. probatur. ad prudentiam pertinet: nec homo est plene prudens sine ea. ergo presupponitur ad hoc ꝙ habeatur perfecta in aliquo prudentia. quemadmodum recte dici potest: ꝙ contritio/ confessio/ ꝛ satisfactio: sunt partes integrales similitudinarie respectu penitentie: quia sine eis non est vera penitētia: quemadmodum totum non potest haberi sine partibus integralibus eius. Q⁹ non sint partes integrales propie dicte/patet: non constant penitentiam tanq⁹ partes essentiales. vt materia ꝛ forma totū compositum nec⁹ tanq⁹ partes integrales homogenee vel heterogenee. hoc modo loquit⁹ Tullius. ij. Rhetoricoꝝ de partibus prudentie: quādo ponit memoriam de preteritis/ prouidentiam de futuris/ꝛ intelligentiam de presentibus: volens dicere ex preteritis ꝛ presentibus oculatis bene iudicat de futurisbus manis operatiōibus. Macrobius libro primo de somno Scipionis ponit sex partes prudentie: que sunt: ratio inuestigans futura/intellectus disponens presentia/memoria rettinens preterita/ docilitas nos aptans ad hec omnia/circunspectio ad colligenda bona/cautio ad vecliuanda mala. iste possunt dici partes ad sensum vastum in conclusione. vel dici potest prudentia capitur dupliciter. vno modo sicut diffinimus. alio modo pro tali iudicio actuali vel habituali: vel pro aliquo ad hoc ꝑcuto ꝛ necessario. tertio modo potest capi pro toto aggregato: ꝛ sic eubulia est pars cumuli omniū lapidum simul collectorum. ¶ Contra secundam conclusionem obiicitur: intellect⁹ imperat voluntati. ergo in intellectu ponendum est imperium. ¶ Respondetur: intellectus nullum habet imperium super voluntatem: nisi iudicando quid faciendū quid vero fugiendū. imperium ineſt ipſi voluntate: que

Jolmain. bⁿ angta fat ȝ. ſ th. ȝ tranta mora. c 2:

ceteris potentijs imperare habet. ¶Contra tertiã conclusionem obijcitur: nubilis spectat ad intellectum. sed virtutes intellectuales sunt quibus aia verũ dicit affirmando vel negando: vt dicit Aristoteles. sexto Ethicorum. igitur. ¶Secundo contra aliam particulam eiusdem conclusionis. Synesis ⁊ gnome insunt nobis a natura. ergo non sunt species prudentie. ꝓsequentia est nota. ⁊ antecedẽs patet: per hoc Aristoteles in sexto Ethicoꝝ: vtitur inter sapientiam ⁊ hec duo. eo ꝙ nullus est a natura sapiens: gnomen ⁊ synesim a natura habet: sic inquiens: propter quod naturalia videntur esse hec: ⁊ sapiens natura quidem nullus. ¶Ad primũ conceditur maior: ad minorem que tacet in auctoritate philosophi: dicitur ꝙ ipse intelligit de virtute totali ⁊ principaliori. autem de ordinato ad eam. ¶Ad secundum: conceditur ꝙ in nobis sunt inclinationes naturales ad vtria. vnus est ꝛ̃pte natura inuentiuus ⁊ male iudicatiuus de inuentis: vt iam diximus. vnus inclinationẽ naturalem habet ad virtutem. alter ad vitium. sed de tali inclinatione non loquimur: vt philosophus dicit: sed de habitibus ipsis.

DUbitatur: an imprudentia sit peccatum. Respondetur. imprudens bifariam accipitur. Uno modo negatiue seu priuatiue pro illo qui nõ habet prudentiam est tamen aptus natus prudentiam habere: vt pueri. alio modo quis est imprudens contrarie: quando habet malum medium ad malum finem: hoc est quando ꝓstituitur malus finis: vel inhonesta media ad bonum finem: vel mala media ad malum finem: qõ pessimum est: vt in astuto: sicut erat cõsilium Achitophelis Absaloni cõsulentis: vt in tabernaculum ingrederetur ad cõcubinas patris sui Dauidis: quatenus firmaret et animũ populi contra patrẽ: ⁊ ad malum finem: vt patrẽ e regno extruderet. hoc premisso dicitur: nemo acquirit imprudentiam contrarie executiue sine peccato: etiam pro alio membro homo peccat qui est negligens laborare pro prudentia habẽda: quã tenetur acquirere ꝓ suis actibus dirigendis.

Circa prudẽtiam queritur: vtrum ipsa sit in intellectu practico an speculatiuo: et per quid practis a speculatione secernitur. De hac questione viri plurimi discrepant. aliqui dicunt solũ actum voluntatis esse practim. alij aũt oẽm actũ siue voluntatis siue alterius potentie nostra in potestate/practim nũcupant. aliqui pro inconueniente habent ꝙ conclusio practica a speculatiua aliquo modo deducatur: ⁊ solum actum bonum practim ponunt: ⁊ notitiam illius actus directiuam practim ponunt. cõmuniter tamẽ oẽs tenent pro constanti/ꝙ nulla notitia practica est speculatiua. licet in aliquibus in his positionibus de nomine certetur: vicam que mihi videbuntur conformius dicenda ad mentem Aristotelis. ⁊ modum hoĩ loquẽdi: primo practim ⁊ speculationẽ diffinẽdo a qua notitia dicitur speculatiua vel practica. ¶Practis sic diffinitũ. practis est actus alterius potẽtie ab intellectu natus ab/in tellectus actu dirigi. vel sic: ¶Practis est actus elicit⁹ voluntatis vel ab ea imperatus. Ex isto patet: ꝙ nullus actus intellectus est practis. ⁊ patet hoc corollarium: ex diffinitiõe practis. Sola illa operatio dicitur practis ad quã intellectus se extendendo fit practicus: sed intellectus non extendit̃ ad aliquã suaꝝ operationẽ. igitur. cõsequentia tenet cũ minore: maior patet per philosophũ tertio de aĩa dicentẽ: intellectus sola extensione fit practicus. modo extendere est extra se tẽdere. ergo notitia vocatur practica: quia extra se tendit. hoc corollariũ cũ diffinitione practis vlteri⁹ patet: hac via saluatur ne logica fit practica: ⁊ scientie rationales. ⁊ ꝙ scientie reputate practice/ maneant practice: ergo diffinitio practis cũ corollario bene ponitur. Ex isto sequitur ꝙ hec consequentia est nulla. hic actus est in potestate nostra vel dirigibilis ab actu intellectus. ergo est practis. patet de actu intellectus q̃ est in potestate nostra. ⁊ etiam vnus actus intellectus dirigitur ab alio. ¶Speculatio est actus intellectus nõ tendẽs vltra intellectum. ij. Metaphysice dicit philosoph⁹: theorice finis est veritas: practice vero opus. Notitia vocatur practica qꝝ est practis regulatiua: alia notitia iudicatiua vocat speculatiua: vel sic clari⁹: notitia vocat̃ practica: qꝝ est iudiciũ circa aliquid extra intellectũ faciẽdũ vel omittẽdũ. ¶His notatis pono septẽ ꝯclusiones. Quarũ prima est: sola notitia iudicatiua vocatur practica ⁊ speculatiua. ¶Secũda ꝯclusio: Notitia iudicatiua vocatur practica: ꝙ est directiua practis. ¶Tertia cõclusio: quelibet notitia iudicatiua nõ regulatiua practis/ẽ speculatiua. ¶Quarta ꝯclusio: aliqua notitia est speculatiua ⁊ practica. sed nulla simplex vnius ꝓpositionis cathegorice est practica ⁊ speculatiua simul. ¶Quinta ꝯclusio: sicut aliqua notitia practica est vera: aliqua falsa: ita aliqua practis est mala: aliꝙ vero bona. ¶Sexta cõclusio: notitia practica potest deduci ex notitijs nõ practicis: ⁊ notitia speculatiua ex notitia practica. ¶Septia ꝯclusio: aliqua est scientia totalis practica: cuius multe sunt ꝯclusiones speculatiue. ¶Prima cõclusio probat̃: si notitia apprehensiua nõ iudicatiua diceretur practis: tunc eadẽ notitia esset practica ⁊ speculatiua: que scilz haberet obiectum practicum ⁊ speculatiuum. ¶Secunda conclusio probatur: aliqua ratione notitia vocatur practica: ⁊ non videtur alia ratio banda quare dicatur practica. ¶Tertia conclusio patet: quelibet notitia simplex vel est de ꝓ positione dictante de practi: vel non. si primum: est notitia practica: si secũdum: est notitia speculatiua. ¶Quarta ꝯclusio probatur quo ad suã priorẽ partem: vari potest vna propositio composita ex dictamine practico ⁊ speculatiuo: vt pote: deus est diligendus ⁊ deus est trinus ⁊ vnus. illius copulatiue vantur duo iudicia/quoꝝ vnũ est notitia practica/alterũ notitia speculatiua: ista duo iudicia possunt cũ intellectu ⁊ volũtate causare vnũ tertiũ assensum distinctũ ab illis duobus: sicut supra⁹ diximus circa hãc distinctionẽ q̃stione q̃nta: ⁊ ille tertius assensus erit simul practicus ⁊ speculatiu⁹. patet: tum primo: equalet duab⁹ notitijs: quarũ altera est speculatiua/altera vero practica: cũ secundo/ille tertius assensus habet dictamẽ practicũ ⁊ speculatiuũ ꝓ obiecto. igitur. Secũda pars eiusdẽ ꝯclusionis ptz. vel ꝓpositio ipsa q̃ est obiectũ practis importat formaliter praxim: vt deus est diligẽdus: hũ vtinã est: vel nõ ꝙportat. si primũ: notitia ei⁹ est solũ practica. si secũdũ: notitia ei⁹ ẽ speculatiua. ¶Quinta ꝯclo ptz quo ad oẽs ei⁹ partes simul: volo male agere: nolo male agere: q̃libet istoꝝ duoꝝ actuũ est practis: ⁊ notitia virtuq̃ regulatiua ẽ practica. dilectio Socratis est practis: ⁊ iudiciũ quo iudicat̃ socrates est diligẽdus/ẽ notitia practica. ⁊ si de⁹ ꝓhiberet Platoni diligere socratẽ: adhuc iudiciũ quo iudicat̃ ꝙ socrates ẽ diligẽdus est notitia practica: ⁊ tñ ẽ falsa. ⁊ añ ꝓbationẽ erat iudiciũ verũ: qz ꝓpositiõis vere: ⁊ tñ nunq̃ scõm eos iudiciũ qõ est practicũ/speculatiuũ efficit/vel ꝙtra. ¶Sexta ꝯclo ꝓbat̃. notitia hui⁹ ꝯclonis ẽ practica/deus est summe diligendus: ⁊ tamẽ deducitur ex duabus ꝓpositionibus: quarũ altera est practica/ altera vero speculatiua. igitur: ꝓsequẽtia tenet cũ maiore. probat̃ minor ꝙ hãc deductionẽ: omne summe bonũ est summe diligẽdum: deus est summe bonus: ergo deus est summe diligẽdus. minor: istius discursus est speculatiua. patet. nõ dictat formaliter ⁊ expresse de aliquo agẽdo vel fugiẽdo: ergo nõ est practica. tenet consequẽtia: quia hoc ad notitiã practicã requirit. Forte vices: remote dirigit ⁊ virtualiter: cũ dicat deus est summe bonus. Contra hoc obijcitur: alia via tollitur oẽs notitia speculatiua. si sufficiat positio vnius terminj ꝓpositione que aliquẽ talitũ dat ad praxim: alia pars patet: capiẽdo cõclusionem speculatiuã deducẽdo eã ex maiore speculatiua ⁊ minore practica in prima figura. ¶Sexta cõclusio patet. ⁊ta moralis scientia est practica/ scõm Aristotelem scõo Ethicoꝝ. Moralis philosophia non est contẽplationis gratia. non enim vt sciamus quid est virtus scrutamur: sed vt boni efficiamur. ⁊. viij. de ciuitate dei dicit Augustinus: ꝙ Plato cõmẽdatur: quia omnẽ philosophiam posuit in tres partes: scz in contẽplatiuã quã naturalẽ vocãt: in actuã: que ad mores instituẽdos attinet: ⁊ in rationalẽ/que verũ a falso discernit. Et hoc patet ꝓ Platonẽ ⁊ Augustinũ dicere velle moralẽ philosophiã actiuã ⁊ practicã. tũc sic: tota moralis philosophia est practica: ⁊ tamẽ ipsa cõtinet multas notitias speculatiuas vtpote/virtutes mediat inter duo extrema: in hoc dictamine nihil ad operationem ponitur: quare ipsa est pure speculatiua: ⁊ eius notitia speculatiua. sed qꝝ principaliter moralis philosophia ad opus dirigit: tota est practica: ⁊ a principaliore parte tota denominationem capit. Ex his cõclusionib⁹ patet ꝙ prudentia est practica. Ex his liquere arbitror quomodo prudentia est in intellectu practico ⁊ actiuo: nulla notitia que est logica est practica: licet dicat vna ꝓpositio logica quomodo ꝓcedẽdũ est in alia. licet bene cõmuniter vocamus quãcũq̃ propositionẽ in qua ponitur aliquod operabile dictamẽ prudẽtiale: vt syllogismandũ est in barbara ex vniuersalibus affirmatiuis. sic in ꝓposito nõ capto. sed triuiales scientias omnes speculatiuas appello cũ physica/⁊ mathematicis: moralem philosophiã ⁊ prudẽtiam/licet nõ omnem notitias practicas.

DUbitatur finaliter circa hãc materiã prudẽtie an malus habeat prudentiã. Respõdetur. aliquid est hic certũ / ꝙ malus potest habere/ rectũ iudiciũ in intellectu de agibili⁹. sed an debeat dici prudentia si male vtatur: est ad nomẽ certare: nõ solem⁹ vocare viciosos viros (qui alijs bene) cõsulũt. ⁊ alijs bene verbo predicãt) prudentes: sed ingeniosos stultos et huiusmodi. ⁊ inuento Aristotelẽ ita loquẽtem. patet. vj. Ethico. xij. in fine: vbi sic dicit in noua translatione: neq̃ absq̃ virtute sicut diximus: atq̃ cõstat: rattocinationes enim agẽdarũ rerũ principiũ habent: cũ talis sit ipse finis: ⁊ ipsum optimũ: quicq̃d tãdẽ sit illud. sit eiũ (verbi gratia) quicquid cõtigerit: hoc autẽ non nisi bono viro videtur. prauitas enim peruertit facitq̃ vt circa principia rerũ agẽdarũ homo fallatur. quare patet prudẽtem neminẽ esse posse nisi sit bonus. Et ꝑtera in. xij. capite sexti tenet alias virtutes nõ posse generari sine prudentia. ꝓstq̃ philosophus ⁊ vulgares ita loquũtur: sic dicẽdũ est. ⁊ intelligo dictũ philosophi nõ de quacũq̃ malitiã: de venali: vel de peccato raro mortali potissimũ occulto: in quo homo non diu persistit. altoquin: si requireretur omnis malitie venalis ⁊ mortalis immunitas: nullus in hac mortali vita diceretur prudens. ergo sic (vti dixinus) intelligendus est philosophus. et hec de prudentia pro nunc dixisse sufficiat. de eius connexione cum ceteris virtutibus post hac circa distin. xxxvi. mentionem habituri sumus.



Peritus de prudentia prima virtute cardinali loquuti sumus: nũc vero de vna alia/scz fortitudine/ habẽdus est sermo. Circa quã materiã querã questiones nouodecim. ¶Prima erit/an fortitudo sit virtus cardinalis. Secũda/de speciebus fortitudinis similitudinarie. Tertia/an ira est a viro forti assumenda. Quarta/de speciebus fortitudinis: ⁊ an expectare sit difficilius ꝙ inuadere. Quinta/an ille qui potest se seruare per fugã/citi⁹ debet aufugere ꝙ stare. Sexta an liceat seipsum in casu occidere. Septima erit de virtutibus fortitudini oppositis. Octaua: an martyrium sit pars fortitudinis. Nona de partibus potẽtialibus fortitudinis: ⁊ primo de magnanimitate. Decima: de honore exhibendo: an in illo potest esse defectus ⁊ peccatũ. Undecima de humilitate: sub qua virtute cõtineatur/⁊ eius vtilitate: ⁊ quomodo generetur. Duodecima/an potẽtia sit pars fortitudinis/⁊ preclara virtus. ¶Pro prima ergo expeditione ꝙmanet titulus questionis propositus: ꝙ fortitudo sit virtus cardinalis. quare aliqua virtus dicatur cardinalis in materia ꝑdẽti diximus: nũc ergo solum ponẽde sunt acceptiones fortitudinis. postea ad questionem cõclusiue respõdẽdũ. Primo modo capitur fortitudo pro corporis robore: ⁊ sic vulgus vocabulo vtitur. hoc modo nõ est virtus nec vitiũ: quia cõsistit solum in neruoꝝ ⁊ ossium robore: qõ natura dedit. robur est potentia mouẽdi alterũ/vt vult pbs primo rhetorice. Secũdo modo accipitur fortitudo pro firmitate animi in quocũq̃ bono difficultatẽ habente: hoc modo nõ est virtus specialis: sed cuilibet virtuti si difficultatẽ habeat est cõmune. ij. Ethicoꝝ: ad virtutẽ requiritur firmiter ⁊ immobiliter operari. Tertio modo capitur pro firmitate mentis circa mortẽ in bello: siue sit contrapugnatio: siue non. hoc modo Aristoteles capit. iij. Ethicoꝝ. licet magis loquatur de bello vbi est contrapugnatio. Martinus magister aliã acceptionẽ effingit: vt magnanimitatẽ/patientiã/⁊ huiusmodi/sub fortitudine includat tãq̃ partes subiectiuas. Partes autẽ potẽtiales quas antiqui morales ponũt/inanes existimat: ego autẽ illã acceptionẽ nõ pono: sed partes potẽtiales pono de quib⁹ faturus est sermo. His similis ponũtur alique cõclusiones. Quarũ prima est: fortitudo est circa mala tolerãda. sed nõ quecũq̃: sed circa mortẽ: nõn quãlibet: sed in bello. hec cõclusio est Aristotelis. iij. Ethi. vi. cap. vbi dicit: Fortis versat circa maxima terribilia: vt circa mortẽ sed nõ circa omne genus mortis. nõ enim circa mortem eã que fit in mari: aut que euenit morbis. et paulo post dicit. Is igitur homo fortis propie dicitur: qui circa honestã mortẽ: ⁊ ea oĩa que repẽte euenĩũt atq̃ afferũt ipsam/interritus est. huiusmodi vero sunt ea que in bello cõtingũt. ¶Secũda cõclusio: fortitudo belli cum contrapugnatione est virtus. volo dicere: actus voluntatis quo quis vult pugnare in bello in quo est contrapugnatio scõm dictamen recte rationis/ est actus bonus: et virtutis fortitudinis generatiuus. ¶Tertia cõclusio fortitudo hoc modo capiẽdo non est virtus cardinalis: sed pars subiectiua eius: vt pote qua etiã Aristoteles loquit̃ probatur. Aristoteles dicit fortitudinem esse circa difficillima: vtpote mortem repentinã in bello illatã, sed sic

est ꝙ Socrates pro causa honesta mortem violentū ab hoste appositā vellet aufugere/ sed mult deferere actuz honestū nō obstāte cōditione mortis appositā:licet non contrapugnet:habet illā difficultatē circa mortē: ergo ipse Socrates est fortis fortitudine bellica ⁊ cardinali: de qua loquitur Aristoteles. ¶Confirmatur: oīs actus quo quis amore honesti sēm dictamen recte rationis cōtemnit mortem in bello in quo est cōtrapugnatio est actus fortitudinis:⁊ fortitudinis virtutis cardinalis:de qua loquitur Aristoteles,⁊ quāto sustinere est difficili? sēm rectā rationē:tanto fortitudo est maior. sed sic est sustinēdo mortē sine contrapugnatione in corpore viribus:qō est multo difficilius ꝙ contrapugnādo.ergo talis nō cōtrapugnās est fortis;capiēdo fortitudinē sicut capit Aristoteles. Preterea arguitur:nihil aliud impedit quin sit fortitudo sicut Aristo.loquitur:nisi ꝙ dicis nō est bellū:quia ad bellū requiritur contrapugnatio in corpore viribus.sed hoc est falsum:ꝙ ad bellū (vt in ꝓposito capitur) nō requiritur contrapugnatio.qō patet ad ihe.breos.xi.vbi Apostolus de martyribus loquens dicit:Fortes facti sunt in bello. Item:est bellū inter sensum ⁊ rationē,ratio pugnat pro expectatione: ne actus virtutis deseratur,sensualitas fugā petit:quatenus vita seruetur:⁊ intelligo semp in illo qui aufugere potest.vbi homo nō potest euadere : tūc nō est actus fortitudinis: sed patientie. Insuper: Aristoteles dicit: fortitudinē esse circa maxime terribilia:vtpote circa mortē:que est oīm terribilissima .iij.Ethicoꝝ.vi.sic inquit. Circa que igit terribilia vir fortis versatur:an circa ea que sunt maxima: etenim nemo est toleratior malorum homine forti . mors autē maxima omniū est terribilis:est enim vltimū vite.sed vbi quis stat constans in opere iustitie : nolens ipsum desererenon obstāte quocūq genere mortis illata:licet non contrapugnet:est terribilissimū ⁊ circa mortem.ergo talis est fortis sicut Aristo.fortitudinē capit. ¶Quarta cōclusio:habitus quo quis mortē prompte sustinet pro opere honesto sine cū cōtrapugnatione sine sine contrapugnatione est virtus cardinalis ⁊ fortitudo bellica:cuius species est fortitudo bellica cū contrapugnatione:vt patet ꝙ cōnotationē inferiorē ⁊ suppositoꝝ nem termini. ¶Quinta cōclusio:excellentior est fortitudo/pro iustitie defensione mortē perpeti sine contra pugnatione ꝙ cū cōtrapugnatione, probatur hec conclusio. martyres ita fecerūt:⁊ tamē ipsi fuerūt heroice fortes: igitur. Secūdo argumētor ad idē:virtus ⁊ ars sunt circa difficile.ij.Ethicoꝝ. sed multo difficilius est nō deserere iustitiā sine contrapugnatione ꝙ cū contrapugnatione:quādo enim est contrapugnatio confidit pugnās esse victor:⁊ sperat euadere:sed paruā vel nullā fiduciā habet nō contrapugnans de euadendo.igitur . Tertio: calesit/cū cōmouetur cōtrapugnās.ergo fit animosior: et minus percipit ictus illatos ꝙ nō contrapugnans: nō enim ob aliā causam leo Libycus cauda terrā ferit in belli exordio : ⁊ taurus terrā caudat/aerem cornibus impetendo.hinc enim pugnās minus timet ꝙ assistēs et crebriter homo leditur notabiliter:⁊ nō percipit. vbi tamē est quietus/ dolorem illati vulneris nō prehendit/ mortem patiens ⁊ nō contrapugnās nō habet hāc calefactionē:sed stat frigidus ⁊ quietus/mortē diram suscipiens:igitur. ¶Sexta cōclusio : fortitudo tertio modo accepta est specialis virtus:patet.est vna de virtutibus cardinalibus:igitur. Secūdo:habet specialē materiā ⁊ specialē finē/distinctā a fine ⁊ materia aliarū virtutum que nō sunt fortitudinis:igitur . Tertio:habet extrema specialia inter que mediat:ergo est specialis virtus,antecedens patet.habet excessum in expectādo:⁊ defectū in expectando.aliquis potest expectare vbi nō oportet. vt si vnus expectaret decem/quoꝝ quilibet est notus et equalis.potest etiā esse defectus:vbi quis contra dictamen recte rationis aufugit:ergo stat dare medii: expectando quādo oportet/ vbi oportet/ ⁊ qualiter oportet. ¶Argumētor cōtra primam acceptionem vocabuli ⁊ vltimam:ex eis sequitur ꝙ debilis potest esse ita fortis moraliter sicut multo vel robustissimus quiſqꝫ.cōsequens est falsum/⁊ cōtra modū loquēdi.⁊ cōsequētia patet:potest habere habitū ita intēsum fortitudinis ex actibus fortitudinis genitū.immo sequitur ꝙ veteranus ⁊ miles emeritus /qui fixit arma ad postem Herculis / esset ita fortis vel fortior ꝙ ipsemet in florida etate:cōtra modū loquendi. ¶Respondetur cōcedendo ꝙ debilis corpore potest habere fortitudinē moralem ita intēsam et magnā sicut robustus corpore:⁊ in sensu plus fortitudinis ꝙ ipsemet in florida etate.sed minus fortis fortitudine moralitudinis habet plus virtū corporis : potest esse ita idoneus in bello sicut iste.fortitudo corporis potest plus iuuare interdū in bello ꝙ debilitas corporis: et fortitudo mētis feriendo hostes: ⁊ hoc ponit philosophus.iij.Ethicoꝝ inquiens: nihil autē fortasse vetat non eos qui tales sunt (supple fortes) prestantissimos milites esse,hi nāq parati sunt sese periculis obiectare vitāq pro paruo emolumēto perdūt:et fortis ⁊ felix iudicat se dignū vita:⁊ ꝙ bene aget viuendo : ⁊ propterea vitam suā bene conseruat. aliqui inutiles suā vitā negligūt:quare sunt periculosi milites.sed vbi debilior viribus facit qō in se est:non minus laudabiliter facit . Nō enim minus erat laudādus Nestor vel Ulyxes faciēdo sēm suas vires/ꝙ tortissimus Aiax Thelamonius. non tamē nego in casu quin fortitudo moralis ⁊ prudētia sit preferenda viribus corporis sicut vecimotertio Metamorphoseos bene vexit Ulyxes cōtra Aiacē. et primo officioꝝ Tullius: Parum valent arma foris nisi togati bene domi consulant. et cedant arma toge. ¶Sed dicis:debilis corpore ⁊ senex tātū facit sēm vires suas quantū iuuenis robustus sēm suas : ergo tot stipendia in bello meretur. ¶Respondetur negādo consequentiā:loquēdo de stipendijs humanis . loquēdo de stipendijs dei:puta ꝙ equaliter merentur coram deo:sic concedo. ¶Contra secūdā conclusionē ⁊ tres sequētes obiciturꝫ fortitudo bellica esset virtus cardinalis: sequitur ꝙ magnanimitas nō esset pars fortitudinis.cōsequens est cōtra Tullii primo officioꝝ. ¶Secūdo sequitur ꝙ patientia ⁊ humilitas nō essent species fortitudinis:⁊ sic multi boni eremicole/⁊ cenobite/⁊ sacerdotes/ vna virtute cardinali carerēt sēm omnes suas species et per cōsequēs fortitudo nō est virtus cardinalis: cū in ea vita humana nō vertatur sicut in cardine:cū plurimē bene viuant sine ea. ¶Ad primū:concedo ꝙ magnanimitas non est species fortitudinis virtutis cardinalis/ nec humilitas/nec patientia : sed est pars potentialis eiꝰ. Pars potētialis apud antiquos moralesꝫ vocatur virtus magnā vicinitatē cū alia habēs: nō tātū expāsa sicut alia:quia fortitudo est circa pericula mortis in bello:qō est arduissimū/⁊ magnanimitas est circa arduas administrationes:etā aliquā cōuentientiam habet cum fortitudine:propterea pars potentialis eius censetur: et sic de patientia:vbi homo nō potest euadere:ssi equanimiter fert molestiam illatā:nec de partibus potentia l'busmultū est cōtendendū.aliqui auctores vnā virtutem vocāt potentialem respectu alterius virtutis/propter vnā cōuentientiā quā cū ea habet,alij reducunt eā ad aliam/propter aliā conuentientiā:ad quā magis ocūlum mentis ipsi defixerūt . quemadmodū si essent quatuor reges principales in Europa:⁊ alij inferiores principes haberent cū aliquibus eoꝝ cōuentientias : sed cū aliquibus maiores:si b/haberet filiā a/regis in vxorē: diceretur (et merito) ꝙ b/partes a/imitatur.alij apparenter dicerēt imitaretur partes c/regis: quia b/est nepos c/quē vnice diligit.sic est de partibus potētialibꝰ .

¶Ad secūdū argumētum quo dicis: multi viri boni in mūdo carebāt tota fortitudine cardinali sēm hanc acceptionem quā Aristoteles ponit:⁊ hoc imitatus sum: ego concedo.sufficit eis habere alias : ⁊ ꝙ securius viuant.⁊ quādo dicis:iste virtutes vocātur cardinales/⁊ cetera:verū est in tota multitudine.aliqne sunt virtutes necessarie toti multitudini/⁊ cōmunes/vt fortitudo : et nō omnes cuilibet suppositoꝝ multitudinis.et ꝓptereā vocātur he virtutes cardinales.temperātia est cuilibet in multitudine necessaria:cuius materia quotidiano est in vsu.et sic prudentia ⁊ iustitia pluries ꝙ fortitudo.sed fortitudo est communis in tota republica. Raro videsꝫ magna regna sine bello:vel ꝓparatione ad bellū:⁊ timore de eo inferendo. ¶Tertio obiciturꝫ Aristo.nō loquitur de martyrio:sed semper exemplificat de bello.ergo resistendo/⁊ nō contrapugnando/sustinēdo mortem: nō debet dici bellum:nec fortitudo: de qua Aristo.loquebat . ¶Respondeturꝫ martyriū perrarū erat ⁊ satis incognitū apud Ethnicos:propterea parū de hoc loquitur philosophus,laudasset tamē:vel laudare debuit: Socratē vel philosophoꝝ aliū mortē patientē ante ꝙ hūc negasset/ vnus est deus.martyriū apud fideles erat in maiori vsu. ¶Et si dicas Judea in occidētali parte Asie parū distabat a Grecia parte orientali Europe: ergo audiuit de eoꝝ martyribus loquiꝫ:cū erat eis vicinus. ¶Respōdetur:adhuc rari erant martyres in lege Moysiaca respectu martyrum legis gratie. ¶Secūdo:parum versabatur Aristo.in Hebreoꝝ legibus.soleo mirari cum tot locoꝝ politias in libris Politicoꝝ recitet:quare nūꝙ de Hebreoꝝ legibus loquutus sit:viso ꝙ mare mediterraneum latitudinis parue inter Grecia ⁊ Hebreos est interstitiū.loquutus est ergo de bello: quia fortitudo cōmunius est in bello:vel bellū exēditur ad certamen in quo est reluctatio sensualitatis ⁊ rationis in presentia mortis:quā homo libere potest euadere. ¶Contra quā tam conclusionē obiciturꝫ milites in bello pugnantes restiterūt: ⁊ hostes peremerūt: ergo eoꝝ fortitudo erat maior ⁊ ecclesie vtilior. ¶Respōdetur negando consequentiā:interdū hostis vincit:quia fidelis miles sibi ipsi gloriam (et nō deo) attribuit:vel est in peccatis: quem deus permittit occidi:⁊ tunc victor hostis suo idolo laudem tribuit.vel victoriam negligentie suoꝝ/vel fortune victus attribuit:nec sic a deo audit:sicut deuotus martyrum patiens:cuius actus multo est difficilior ⁊ vtilior ꝙ actus militis fidelis in bello contrapugnantis .

¶Contra sextā cōclusionē instatur:Gregorius septimo Moraliū exponens illud Job sexto:que est enim fortitudo mea,dicit:fortitudo est carnē vincere: propriis voluptatibus contraire:vele catione vite presentis extinguere:huius mundi aspera pro eternis premijs amare: prosperitatis blādimēta cōtemnere/ aduersitatis metū in corde superare.sed hic enumeratur actus ad tēperātiam pertinētes:⁊ aliqui ad fortitudinē pertinentes.ergo fortitudo non est specialis virtus. ¶Secūdo sic: ponoꝙ Socrates nolit deserere actū iustitie nō obstante conditione mortis:iste actus est actus virtutis iustitie: cum iustitiam habeat pro fine,ergo non est actus fortitudinis.tenet consequētia : nullus vnus actus simplex ad duas virtutes cardinales spectat. ¶Tertio sic: ponoꝙ Platonem nullū actū fortitudinis habētem nec actū oppositum:⁊ eliciat vnū actum fortitudinis in instanti: sequitur ꝙ talis summā virtutē habebit in instāti: cum actus est agens naturale/agens in passum dispositū: et per consequēs subito agit.fin phm.iij.Physicoꝝ.consequens est falsum . nemo enim repente fit summus .

¶Ad primū respondeturꝫ beatus Gregorius capit fortitudinem secūdo modo. ¶Ad secūdū cōcedo ꝙ actus de quo est meritio est actus iustitie,sed nego consequentiam: ꝙ propterea nō est actus fortitudinis,idem actus simplex in essendo spectat ad duas virtutes cardinales et patet de actu habente duas virtutes cardinales pro fine. ¶Sed cōtra hoc obiciturꝫ mechus propter pecuniā est auarus:⁊ nō luxuriosus.v.Ethicoꝝ:⁊ hoc nō nisi quia auaritia est finis actus mechie. ergo actus denominatur a fine. ¶Respōdetur:Aristo.vult habere ꝙ ille actus magis est denominādus a fine ꝙ a medio.vel a principali intento magis denominabitur eius actus ꝙ a minus principali.sed tamen ille idē actus spectat ad luxuriā ⁊ auaritiā.habet materiā illecebrosā pro ptali obiecto:⁊ nō fertur in illam materiā caste:ergo impudice:⁊ contrario modo ad castitatē: ⁊ cum sit ei confecta: erit mechia:quemadmodū dilecto qua diligo Socratē propter deum nō est fruitio sed ꝓpter deum denominatur:sed a fine ⁊ medio, sed principalius ad fruitionā ꝙ ad vsum spectat. ¶Ad tertiū concedo ꝙ ille actus in instanti elicitus / potest fortitudinē producere sēm extremū siue potentie: sed intensior actus potest intensiorem habitū producere:⁊ plures actus possunt plures habitus producere.et sic iste non est summus intensiue nec extēsiue.sic debet dici:⁊ non sicut Martinus dicit: negādo ꝙ aliquis actus potest subito producivel habitus subito producī.⁊ dicit ꝙ illud qō tāgit Aristoteles iij.Physicoꝝ capit solum contra antiquos.omnia illa reputās falsa:sed qꝫ sunt nulli impertinētia/perrārā:eoꝝ quia alibi pono materiā prolixius disputo .

Circa hanc materiā secūdo queram fortitudinis similitudinarie species sub fortitudine cardinali virtute continentur. ¶In hac quēstione sic procedā: explicādo quid est vera fortitudo/⁊ quid fortitudo similitudinaria ⁊ sophistica sm mētē Aristotelis:ꝙ ꝙ hoc vere fortitudinis notitia aperiet ne fortitudo sophistica sub vere fortitudinis,pellibus detegat.postea visquirā virū alique species sint virtutes:et sub quibus continentur:⁊ an aliqꝫ sint vitia. ¶Pro prime partis explicatione scito ꝙ fortitudo vera est habitus inclinans ad timendū ⁊ audendum sicut oportet.tertij Ethicoꝝ.vij.dicit phs:Fortis tūc⁊ est imperauidus vt homo.atq; timet quidē ⁊ huiusmodi res formidolosas,verū vt oportet:et vt dictat recta ratio tolerabit honestatis causa,hec enim ipsius virtutis est finis. Postea in octauo capite sophistice fortitudinis quinq; species ponit: quarū Prima est:fortitudo ciuilis siue politica,⁊ hanc speciē rursus subdiuidendo/ponit tres modos:quoꝝ duo vltimi nō longe differant. ¶Primus modus est quādo quis timet timore increpationū ⁊ opprobriorū que in politia timidis statuūtur. vel propter honores pro fortiter faciētibꝰ, ꝙ aliqui sint tales signo et exēplo ostēdit phs,signo:quia apud illos apud quos fortiter agētes honorātur/⁊ timidi inhonorātur: fortissi

Secundo circa hanc materiã quęritur: an intemperantia sit peior incontinentia vel bestialitate:/loquor de intẽperãtia gradu mote Aristotelis,vij.Ethi. ꝛ nõ de intẽperantia vt est vitiũ totaliter oppositum temperantie virtuti cardinali. Intemperãs iudicat illud qõ facit nõ esse malũ: ꝛ nõ habet concupiscentias:vel si quas habeat: illas habet remissas.oppositio nõ est de incõtinẽte:iudicat q̃ male agit: sed habet vehemẽtes passiones quibus succumbit. Bestialitas est vitium hoẽm deficiens a statu humano statum pecudũ versus:vt carnibus vesci humanis: quẽadmodũ illi essedones maris pontici accole vel massagete. Sed aliquis ad cõcupiscẽtias inhumanas multitudinem duci potest. Uno modo ꝙ electionẽ ꝛ malũ consuetudinẽ. Alio modo ob egritudinem: vt in maniacis vel demẽtibus ab vtero.vel ob passionem naturalem:vt in mulieribus recẽter impregnatis in quib9 retinẽtur mẽstrua:ꝛ ex consequenti fumi ad caput ascendunt:ꝛ appetitum sic ꝓterriũt/vt carbones comedere gestiãt. Cõtra hãc pũctis pono tres ꝛclusiones. Quarum prima est. Intẽperantia est peior incõtinẽtia: vel intemperat9 est peior incõtinẽte:qõ idem est: q̃ semper intẽdim9 de illo vitioloqui:ꝛ non de aliis hominũ malitijs propositio impertinẽtibus. Secunda ꝛclusio.licet bestialitas naturalis sit intemperantia terribilior:non tamen est ea peior. Tertia cõclusio.bestialitas acquisita per act9 culpabiles in voluntate est peior intẽperantia. Primã conclusionẽ ꝓbat Aristoteles septimi Ethicorum.viij.cui9 rationes explicabo. Prima ratio est hec:ille est peior q̃ nõ est penitibilius:magis volũtarie operaẽ:ꝛ petiũ tanto est malus quanto est magis voluntariũ,sed in intẽperato ratio ꝛ voluntas est cõcors appetitui sensitivo:incõtinẽs aũt statim est penititiu9. Secũdo:illa infirmitas est peior que est insanabilior:sed intẽperans est insanabilior:cũ nõ sit penititius ꝛ difficillimũ est nõ penitituũ a peccato abstinere.per penitentiã aũt fortificãtur intellectus ꝛ voluntas peccatũ detestando: ꝛ post penitentiã homo factus robustior fortí9 potest resistere passioni sequenti. Itẽ malitia cõtinua est peior ꝙ malitia incõtinua:quia tã in passione ꝙ extra eam habet rationẽ ꝛ electionẽ corruptas. incõtinẽtia aũt nõ est cõtinua:q̃ rectũ habet iudiciũ ꝛ electionẽ extra passionem: aliter nõ eẽt penititiu9. Unde ꝓpter huiusmodi otinuitatem intẽperãtie:ꝛ vi scõtinuitatẽ incõtinẽtie. Aristot. intẽperantiã hydropisi ꝛ phthisi cõparat: incontinẽtiã aũt epilentie.bona est comparatio,epileticus ꝓpter fumos ascẽdẽtes habet cerebrũ opilatũ: ꝛ sensu priuatur. ꝓpterea tunc cadit humi:more Herculis vel Cesaris: ꝛ morbus nõ est cõtinuus: sic est de incõtinẽte:alter morbus est ꝛtinuus. Ꝓterea quarto argumẽtor ad idẽ: malitia scõm quã peccatũ later est peior ꝙ malitia non latẽs.est enim insanabilior:vt videre est i epidimia ꝛ pleuresi. Quinto sic.peiores sunt qui ꝓconsiliati ꝛ preeligẽtes malam electionem eligunt ꝙ qui nec ꝓconsiliati nec ꝑligẽtes dicũtur a passione ad male agẽdũ.sunt enim ꝙ olim magis corrupti ꝛ petiũ eor est magis volũtarium sed intemperati sunt magis ꝓconsiliati ꝛ pre eligentes ꝙ incõtinẽtes:cum intemperati agant scõm electionez: incõtinẽtes a passione ducuntur. Sed dicis:intemperatus ostenso delectabili non petit consilium,sed statim mouetur ad prosequtionẽ delectabilis, statutũ enim sibi delectationem tanq̃ finem: cõsilium aũt nõ est de fine.

Respõdetur:intẽconsiliatus sequẽs prauũ delectationem potest esse tripliciter. Primo modo qz ad hoc est assuetus:qz tamen esset ꝓconsiliatus / operaretur idem: ꝛ ille est intẽperatus. Secũdo modo qz nõ potest vti consilio ob prauã natiutatẽ ꝛ egritudinẽ:ꝛ is est bestialis. Tertio modo qz cito motus nõ animaduertit ad circumstãtias turpitudinẽ causantes:quas si attendisset: nõ fecisset malũ: ꝛ ille est prevolãs incõtinẽs de quo in ẽptio ne ꝓcedẽte mẽtionem fecimus: qui est aliꝭ omnibus minus malus. si enim cõsideret:ꝛ cõsiderando assuefecat:statim erit bonus:cũ est penitentius:solũ restat ei pensiculate operari. Sexto argumẽtor ad idem sicille est peior qui ex vebilt passione mouetur ad male agẽdum:sed intẽperatus ex vebilissima passione.immo sine passione quoniam sine fame ꝛ siti querit cibos ꝛ potus: ꝛ tristatẽ ꝙ amplius comedere ꝛ bibere nequit. Septimo sic. In intemperato/qõ est optimũ in homine. Scilicet ratio/est corrupta circa principia agibilũ:eum qua corruptione nõ stat ꝙ sit vera virtus in homine: in incõtinẽti nõ est ratio corrupta/sed ex passione operatur. Secũda cõclusio est Aristotelis in septimo:ꝛ patet: plus miramur de ualabus ꝙ de multis aliꝭ flagitijs maioribus ꝓpter raritatẽ,ad hoc argumẽtatur sic Aristo. Ille habitus est peior qui hominẽ deprauat secũdũ partem superiorem:scilicet intellectum ꝛ volũtatem:ꝙ qui solum deprauat partem sensualem:sed bestialitas deprauat partem sensualem solum:ꝛ nõ intellectum ꝛ voluntatem:qz bestialis homo nõ habet vsum rationis:ꝛ per cõsequens nõ habet actum malũ in volũtate,impeditus est ab egritudine:vt quãdo coreptus vtra febre vel alio modo totaliter delirat.intemperantia vero tollicit intellectum ꝛ volũtatem:ergo licet bestialitas naturalis apparet multis terribilior:ꝛ vulgus ducat in admirationẽ plusq̃ intemperantia:apud sapientẽ nõ reputat9 vitium. Tertia conclusio probatur.homines libere ꝑsequentes delectationes brutales quas nulli nisi pessimi hoẽs exercent magis ꝛ turpius delectant hoẽs a statu hominum ꝙ intemperantia:ergo talis bestialis est peior. Secũdo sic ad idem:quecũq; ratio malitie potest inueniri in intemperato:illa in bestiali potest inuenirí/ vel vna illa peior: ꝛ aliqua aliꝭ malitia super intemperantiam. ergo ipsa est peior ꝙ intemperantia. Contra primã cõclusionem obijcitur sic. Incõtinens magis agit contra scientiam ꝙ intẽperatus.ergo incõtinẽs magis peccat consequẽtia tenet per illud Luce.xij. Seruus sciẽs volũtatem domini sui ꝛ nõ faciens plagis vapulabit multis antecedẽs est notũ:qz incõtinẽs habet rectum iudicium intellectu:nõ autem intẽperatus. Secundo ducendo vnam rationem Aristotelis in oppositum. peccatus incõtinentie est insanabilis peccato intẽperantie: ergo est peius.tenet consequentia ex vna probatione Aristotelis.antecedens patet:cũ male agit incõtinens:ꝛ scit illud esse malum quod facit:nõ est curabilis. intemperatus vero curatur cum ostenditr ei malũ qõ agit. Tertio sic:quãto quis ex maiore libidine peccat tanto grauius peccat.sed incõtinens ex maiore libidine peccat ꝙ intemperatus:qz incõtinẽs habet vehemẽtes cõcupiscẽtias quas nõ habet intẽperatus:igitur. Ad primũ cõceditur antecedens:sed cõsequẽtia est nulla. nõ semp peccatum ꝓtra cõscientiam est plus quocũq; alio peccato cõforme ad cõscientiam erroneã. Plus eñ peccabãt Judei occidẽtes Christũ cõformiter ad cõscientiam erroneam(quã multi eoꝝ habuerũt) ꝙ illi fecissent relinquẽtes eum stante tali conscientia.agens enim contra conscientiam liberam plus peccat ꝙ nõ agens cõtra eã ceteris paribus. modo hic cetera sunt imparia.si sint duo quorum vnus facit vnum actum cõtra cõscientiam suã: ꝛ alter similem actũ non cõtra cõscientiam suam:sed negligit inquirere:nõ minus peccat ꝙ alter:ꝛ hoc est norũ quando est ignorãtia affectata.hoc sic declaro:sunt duo Socrates/ꝛ Plato/audiũt dici q̃ cõtingit:in sancto Stephano ꝓsequitur in sermone/ qui casus sunt vsure: qui vero nõ. Socrates accedit: ꝛ scit a cõtractũ esse vsurarium:quem facit ꝓtra conscientiam. Plato nõ vult tenere ꝓtra cõscientiam agat/paratus prestare cuicunq; defensionẽ. Plato nõ minus peccat ꝙ Socrates: ꝛ tamẽ non cõmittit fenus cõtra cõscientiam. Sed dicis: Plato plus peccat:qz duob9 peccatis peccat: quia nõ vult scire illa que tenetur scire eñ circa materiã illã facit cõtractum:sed eius actus vsure nõ est peior/vel ita malus sicut actus alterius.cum vtercz equaliter omittat contra legẽ diuinã:ꝛ vnus cõtra cõscientiam:ꝛ nõ alter.ꝛ quid sit de hac obiectione: intẽperatus in gradu est peior:ꝛ in periculosiore statu:licet ille actus nõ est peior ꝙ actus incõtinẽtis:ꝛ forte hoc Aristoteli sufficit. Secundo dicomec est hoc adhuc probatum. multe vũtur dispositates in quibus intẽperantia incõtinẽtiam in malitia exuperat. Ad secundum nego antecedens:ꝛ ad ꝓbationẽ dico q̃ ammonitio plus cõfert incõtinẽti ꝙ intẽperato:quia incõtinẽs est capacior ammonitionis: cum non habeat rationem corruptam circa principia agibilium,sicut intẽperatus.etiam si ostendatur intemperato per ammonitionẽ quid agendum sit.tamen difficilꝰ obediret rationi ꝙ incõtinẽs:qz incõtinẽs nõ habet nisi passionẽ impellẽtẽ: in intẽperato aũt habitus voluntatis cõcordat cũ inclinatione passionis. ꝛ inclinatio habitus cũ magna difficultate tollitur. ad sanandũ inconuenientem sufficit q̃ firmet voluntatem suaz cõtra passionem insurgentẽ ad sanandũ vero intemperatũ plura requiruntur:oportet sanare rationẽ erroneam : ꝛ repiumere passionem si qua insit. Tertio:incontinẽs habet conscientiam remurmurantẽ contra malum ꝛ continuo cum peruitit more sentis in carne pungentis: hoc non est in intẽperato. Cõcedo qz icõtinẽs scit se mala ꝛ male agere/sed facile corrigitur: qz tũ ab extrinseco ꝙ ab intrinseco. Ad tertiũ dicitur qz libido interduz capitur ꝑ actu voluntatis:sic scz:vbi est intensior actus volũtatis ibi est maior libido:in illo sensu cõcedo maiorẽ. non nũq̃ capitur libido pro passione ꝛ inclinatione appetitus sensitiui:hoc modo capiendo/maiorem est falsa. Ad minorem dicitur:incõtinẽs non peccat ex maiori libidine primo modo:ex hoc soluitur argumentum ad secundũ. Quarto obijcitur. vbi est minus de rationẽ ibi est minus de peccato:sed minus est de ratione in intemperato ꝙ in incõtinẽti:igitur. Respondetur concedendo ceteris paribus. secundo si minoritas rationis ꝙeniat a culpa operantis:hoc non oportet : sed sic est ꝓpositum. Contra secundam cõclusionem argumẽtor. ꝓbando qz nulla est bestialitas naturalis:natura inclinat ad virtutes:ergo nõ inclinat ad vitia.cõsequentia tenet: qz nihil idem inclinat ad contraria. Secundo sic: nihil quod est a natura est malum : ꝓpter eñ ea que insunt a natura/nec laudamur/nec vituperamur.ij.Ethi. Tertio.natura dirigit ab intelligentia non errante: ergo natura nõ inclinat ad bestialitatem vel ad vitiũ. Ad primũ dicitur:vna natura inclinat ad virtutem alia ad vitium.ratio ad virtutem dirigit.ctiam in eodem sunt varie dispositiones corporales quarũ vna disponit ad virtutem alia ad vitium.sed non est eadẽ qualitas que contrario modo inclinat:ideo nihil inconuenientis habetur.

Ad secundũ ꝓcedo qz nihil quod inest nobis a natura est malum culpe.quando habemus rationem/ ꝛ liberum arbitriũ/possumus libere reniti inclinationi malẽ:ꝛ non peccaremus interdum sit difficile. Ad tertiũ dicitur qz illa ꝓpter quã ad peccandũ nõ venit ab errore intelligẽtie/sed a qualitatibus in corpore impressis:vel in appetitu sensitiuo. Quarto obijcitur: bestialitas naturalis est difficilꝰ curabilis ꝙ bestialitas habitualis: ergo est peior:tenet consequentia: qz incontinẽtia quanto minus est curabilis tanto est peior. Ad quartũ nego cõsequentiam quando illa incurabilitas inest nobis a natura.potest tamen homo impedire vsum male inclinationis quando rationem habet.

Certio queritur an incõtinentia ire sit minus turpis ꝙ incõtinentia cõcupiscentie. Respondetur:incõtinẽtia cõcupiscẽtie est peior ꝛ turpior incõtinẽtia ire,ꝓbatur hoc cõclusio rationibus Aristo.qui in septimo eas explicãdo.primo sic argumentatur:illa incontinentia est turpior que minus vitatur rectitudine rationis:incõtinẽtia cõcupiscentie est huiusmodi: igitur. probatio minoris:qz incõtinẽtia cõcupiscentie nõ vtitur ratiõe aliquo modo:sed ostẽso aliquo delectabili : statim incontinens mouetur ad illud.raro autem aliqua apparens peccandit motum ire:videlicet talis repellenda est iniuria puniendus est iniuriator : iste fecit iniuriam: ꝛ ideꝛ homo tẽdes ad punitionem ꝛ vindictam irascitur ꝛ mouetur ad punitionem plus equo nõ eñ perfectes operationem operatur sicut sequẽs passionem. tractus audit rationẽ: sed incomplete ꝛ imperfecte:ꝛ post rationẽ in parte auditam/mouetur ad vindictam:quod et accidit ob caliditatem ꝛ velocitatem nature. Ira eñ est accensio sanguinis circa cor:qõ Aristo.duplici exẽplo manifestat. Primũ est de velocibus ministris:qui exurrũt ad faciendũ illud quod imperatur anteq̃ totaliter audierint dictuz imperãtis:ꝛ inde est qz peccant in agendo nec faciũt illud quod erat eis imperatum. hoc in famulis crebriter expertus sum.scõm exemplum est de canib9: qui statim latrant ad primũ ingredientium strepitus:anteq̃ cognouerint an ille qui ingreditur sit amicus:an nõ. Secũdo ad idem. Incõtinẽtia est minus turpis/ꝛ ei facilius ignoscimus/ac veniam damus quo est naturalior ꝛ difficilior ad vincẽdũ sed icõtinẽtia ire est naturalior ꝛ difficilior ad vincẽdum ꝙ ille cõcupiscentie que abundantes sunt ꝛ nõ necessarie/igitur incõtinẽtia ire est minus turpis ꝙ cõcupiscentie. Maior patet:qz citius ignoscimus in ipsis ꝓcupiscẽtijs quãto sunt naturaliores. Minorem probat Aristoteles.duob9 exẽplis curtosis. Primum est de eo qui ictratus patrem,percussit:vi cebat enim pater meus percussit patrem suum:ꝛ ille suum.ꝛ filium suum ostendens/dixit:Et ille me percutiet , causam eñ adiecit:hoc est nobis cõgnatum/naturale/ꝛ congentium. Secundum exemplum est de illo qui trahebatur a filio: ꝛ cum ad ianuam tractus fuerit.filium iussit cessare:enquatens:non traxi patrem meum nisi ad locum illum. Ex his patet qz qualitates ad iram inclinantes/ a parentibus in filios transeunt:ꝛ per consequens ira est multiz naturalis. Certio sic.incontinentia inclinans ad operandum insidiose/ ꝛ fraudulenter/ est turpior ea que inclinat ad operandum manifeste ꝛ aperte:sed incontinẽ-

tis cōcupiscētie inclinat ad prosequendā cōcupiscētiam inhidtose ⁊ voluntarie: ⁊ ira vindictā ꝓsequitur. palā ⁊ manifeste: ⁊ nō p insidias: igitur. maior patet: quia q̄ iniurias inferunt/tāto sunt inuisiores quāto eam magis inferāt fraudulēter ⁊ insidiose. minor patet p illud qđ poete de venere dicunt: q̄ cōcupiscentiā significat. cōiter appellatur dolosa: ⁊ homerus vocat eā deceptricē que furatur intellectū multū sapientis. ¶ Preterea argumētor sic: nullus scōm cōcupiscētias operās tristat: ergo iniustior est operatio scōm ꝯcupiscētiam ꝙ scōm iram. nam peccata/quo magis placēt eo grauiora sunt. Si quis pater duas haberet filias quarū vnam ꝓpter cōcupiscētiam quis cognouerit: alter aliam cognouisset ꝓpter iram: q̄ forte pater simile fecit corruptori: time prior maiorē iniuriam intulit ꝙ secūdus: ⁊ minus pater irascit secūdo ꝙ primo. ¶ Cōtra hāc ꝯclusionem obsicitur sic / secūdū phm.vj. Ethicor. Difficilius est resistere cōcupiscentie ꝙ ire: ergo incōtinentia ire est deterior ꝙ incōtinētia cōcupiscentie. ¶ Secundo sic. incōtinētia tre est cum maiore vsu rationis: ergo est turpior. antecedens patet p philosophū: ⁊ cōsequentia patet: q̄ quāto passio extinguit rationez: tāto petiā excusatur. ¶ Ad primū distinguo antecedēs: vel ratione frequētis impugnatiōis voli ⁊ fractionis: ⁊ sic ꝓcedo: vel rōne impetus ⁊ violētie: ⁊ sic negat. pugna ꝯcupiscētie est magis cōtinua: sed pugna ire ꝓ breui tēpore non est minor: potissimū in vehemēter cholerico. ¶ Ad secundū distinguo antecedens: vel q̄ fit cū maiore vsu rationis: hoc est: q̄ iratus sit magis cōpos mētis ⁊ melius posset iudicare quid agendum sit vel fugiendū ꝙ cōcupiscens: ⁊ sic negatur: q̄ cōcupiscēs incōtinēs plene dictat de agibili ⁊ fugibili/ de quo nō plene dictat iratus: vel q̄ sit cum maiore vsu rationis: hoc est: habet cōformitatē ad maiorē rationem: ⁊ hoc ꝓcedo. habet eñ iratus apparētiam pro se. ¶ Tertio sic. obiectū cōcupiscentie/vt cibus/vel potus / naturaliter appetit ꝙ vindictа: ergo incōtinētia cōcupiscētie est excusabilior ⁊ minus turpis ꝙ ire. ¶ Quarto sic. incōtinentia ire impellit ad deteriora mala ꝙ incōtinētia cōcupiscētie: quia impellit crebro ad homicidia: ꝓpterea incōtinētre oēs formidāt ⁊ fugiūt. nō sūt incōtinentē cōcupiscētie: ergo incōtinētia ire est peior ꝙ incōtinētia cōcupiscētie. ¶ Ad tertiū dicit. cōcupiscētia cibi ⁊ potꝰ est naturalior ꝙ ira: ⁊ ſ superabūdātia delectationū cōcupiscibilium (penes quas attēditur incōtinētia cōcupiscentie) nō est ita naturalis sicut ira. modo ira est naturalior ꝙ superabundātia delectationū. ¶ Ad quartū dico q̄ ex vtraq; incōtinentia multa mala sequunt. nōne videmus ex cōcupiscētia paridis quot damna Troianis sequuta sunt: ⁊ ex concupiscentia Dauidis mors Vrie, ꝓpterea phibitus est struere templū dño q̄ vir sanguinis esset. ⁊ licet plura damna ⁊ cōmunius ex ira sequantur (vt opinor) ꝙ ex cōcupiscētia: tamen incōtinentia concupiscentie est turpior ⁊ exprobabilior vt Aristoteles probat in septimo Ethicorum.

DUbitatur circa hāc questionē ⁊ precedentē: dictum est/ incōtinēs operatur malum quod scit esse malum. ¶ Contra hoc argumentor. bonum est obiectum volūtatis: primi Ethicoꝝ primo. oīs ars ⁊ omnis doctrina similiter actus ⁊ electio bonū quoddaz appetere videtur: ⁊ per Dionysium. iiij. de diuinis nominibus. nemo operatur ad malum aspiciens. ¶ Secūdo: quia ſ sicnon oportet malefactētem errare cōtra Aristotelē. iij. Ethicorum dicētē. Ignorat quidem offitis malus que oportet operari secūdū illud prouerbiorū. xxiij. errauerūt omnes qui operātur malum. ¶ Ad primum respondetur: volūtas fertur in bonū verū vel apparens in illud quod est bonum vtile/delectabile/vel honestum ⁊ hoc sufficit ad esse obiectum voluntatis in volēdo. ca piatur malū opposito modo. de hoc in distinctionē. xlix. quarti latius scripsi: ad ea remitto. Dubitatur: an incōtinēs potest habere rectū iudiciū in intellectu tā in vniuersali ꝙ in particulari ⁊ illi cōtrauenire. videtur q̄ nō potest iudicare actu/q̄ est malus qđ facit tempore quo facit: vt videtur velle philosophus. vij. Ethicorum. ꝓ nūc breuiter expediam: quia de hoc alias loquutus sum dico eſſ dato q̄ intellectus habeat maiorem ⁊ minorez dispositas in prima figura cui actualiter assentit: vt oē dulce est gustandum: ⁊ mel est dulce. voluntas ex libertate sua potest nolle gustare mel. nullum iudicium intellectus vniuersale vel particulare necessitat voluntatem ad velle vel nolle. imino quocūq; iudicio intellect⁹ stante: voluntas est libera libertate contradictionis ⁊ contrarietatis. Aristoteles est intelligendus de voluntate conformi iudicio intellectus. ſi voluntas efficaciter velit. omne dulce appositum gustare: ⁊ sciat mel appositum esse dulce: vult de necessitate consequentie mel gustare. ſi quis efficaciter vult sanitatem: ⁊ iudicat in intellectu se non posse consequi sanitatem: nisi per hanc potionem amaram: vult de necessitate cōsequentie hāc potionem. sic in alio exemplo philosophi: ſi volūtas habeat vnum velle vniuersale circa maiorem alioquin non oportet. incōtinēs enim tenebrose iudicat existente passione que sensum obnubilat: sic q̄ tenebrose iudicat alio modo rationem distrahendo a vero ⁊ a syllogismo intellectus. qui eſt multū intētus audire sonos fistularum parum in intellectu iudicat. x. Ethico. Potest etiā esse passio ita vehemens: ⁊ crescere: sic q̄ tollit vsum rationis: ⁊ sic appetitus sensitiuus duceret hominē in capistro ⁊ chamo ad illicitum: ſi homo nō aduertat. sed voluntas semper potest resistere ꝙliu vtitur ratione: propterea volūtati semper imputabitur. eo q̄ omittit repellere appetitū quem in sua potestate habet.

Arto quеritur de virtutibus politicis purgatoꝝ ⁊ purgati animi. Nō multum differt ab hoc q̄rere/quomodo cōtinētia/temperātia gradus/⁊ virtus heroica/conueniant inter se: ⁊ an specie differāt. In hac questione aliquas notatiūculas terminorum explicabo: quas ponā. postea ad q̄stionem per conclusiones respōdebo. Macrobius in secundo super somnū Scipionis dicit/ alique sunt virtutes exemplares: alique vero sunt politice: alique purgatorie: alique vero purgati animi. simili distinctione vtitur Plotin⁹. virtutes vocabant exemplares quarū exemplar ⁊ idea in deo relucet. sapientia/bonitas/ deo attribuuntur: sic fortitudo/mansuetudo/iustitia/⁊ misericordia. de fortitudine potest primi Regū. x. Non eſt fortis sicut deꝰ noster. de mansuetudine Sopho. ij. Querite mansuetum: querite iustum: non q̄ virtutes sint eiusdem rationis in eo ⁊ in nobis: imino nulle tales sunt in deo: etiam in lumine naturali loquēdo. Unde dicit Aristoteles. x. Ethicorum. Ridiculum eſt deo iustitiam/fortitudinem/ temperantiam/ ⁊ prudentiam attribuere: sed metaphorice excellentes virtutes ei attribuūtur a scriptura ⁊ a philosophis. Fortitudo dei est eius immutabilitas. iustitia dei est obseruatio legis eterne in suis operibus: vt dicit Plotinus. exemplar ergo humane virtutis est in deo: sicut in deo existunt rerum idee, tales metaphorice virtutes in deo dicuntur virtutes exemplares ab illis philosophis. Virtutes politice sunt note in doctrina philosophi. Tertio dicuntur virtutes purgatorie in diuinam similitudinē tēdentes: vt q̄ prudētia oīnia mundana diuinoꝝ cōtēplatione despicit: oēmq; aīe cogitationē in diuina sola dirigit. tēperantia vero relinquit inquantū natura patiē que corporis vsus requirit: ⁊ ita de alijs virtutibus purgatoriis. Alie sunt virtutes purgati animi: ⁊ sunt virtutes hominē a terrenis tā actualiter reuocātes ad cōtēplāda sola celestia: ita q̄ prudentia sola diuina intueatur: temperantia terrenas cupiditates nesciat: fortitudo passiones ignoret: iustitia cū diuina mente ꝓpetuo federe societur. Et ꝙus hi philosophi sic loquuntur: in hac mortali vita pauci illud genus virtutis assequuntur. in beatis optime inuenitur. Licet hi philosophi nō inerudite loquantur: peripateticorum princeps nō longe ab hoc dicēdit modo distataliā distinctione vtēs: cuius doctrina q̄ est ꝯmunior. fertilior ⁊ vtilior eius modo loquendi vtar. Tres sunt gradus virtutis: cōtinētia/tēperantia/⁊ virtus heroica. Cōtinens/vehemētes passiones habet ad illicitā inclinātes. sed gloriosus victor in cōcupiscētijs euadit. Tēperatus in gradu tam pessimdedit insultus malos cōcupiscentie: ⁊ nullos/aut remissos habet. omnia in eo rationi parent: nec inter sensualitatem ⁊ rationē est ciuile bellum: sed plena harmonia ⁊ trāquillitas domestica. Virtus heroica est diuina virtus: ⁊ est virtus cōmunē facultatē hominum transcēdēs: ⁊ deo vel beatis appropinquāo: quaternus in hac vita cōuenire potest. Homo habet animā dei imaginē: ⁊ cum angelis ⁊ beatis in ea parte cōuenit: sensus litatem cum bruto altioris tamen speciei, potest habere aliquos habitus cum bestialem denominantes: ⁊ per oppositum bonos cum heroicum appellantes. Virtus est heroica: vel quia transcēdit cōmunem statū hominū ex parte obiecti: vt patī martyriū cū Laurētio/ Vincento/Bartholomeo/vel Sebastiano: vel ex parte circumstantiarum occurrentium. ex parte temporis: esto q̄ nō sit actus heroicus pro vno die vel hora: quēadmodū in thebaide Egypti: ⁊ hodierno die Carthusiēses boni tē perātiam heroicam ducit. vel quando alicui bono offertur caducus honos mundanus: quē pauciſſimi reliquerent: sed plicatis manibus ipsum sequerenſ. sed probus bonum dat alijs exemplū: mādanū illud relinquit: in domino cogitatiſ tactans. Perseuerantia est non vincibilis passione insurgente: sed de victoria nihil ponit. Hīs p̄missis/pono quatuor cōclusiones: quarū prima est. Cōtinentia est melior perseuerantia. ¶ Secunda cōclusio. Tēperantie gradus prestat cōtinētie. ¶ Tertia conclusio. Virtus heroica est virtutū suprema. ¶ Quarta conclusio. Non oportet istas virtutes inter se specie distingui. ¶ Prima conclusio probatur: melius est vincere delectationes occurrentes ad illicitum trahentes/ꝙ sustinere tristitias ⁊ ab eis nō vinci. sed cōtinentia est in vincēdo ⁊ repellendo delectationes occurrētes. perseuerātia est in hoc q̄ bonus nō succūbat a tristitijs: sed patiatur: ⁊ nō vincatur. primū eſt melius ꝙ secundū. Secūdo probatur eadē conclusio. sint due mulieres a. ⁊ b. quibus p̄sentenſ delectationes ⁊ tristitie. a mulieri delectationes presentantur quatinus castitatē amittat ipsa a. resistit tentationi: ⁊ cū hoc delectationem presentatam expellit: ⁊ actum cōtinentie elicit oppositum inclinationi delectationis. b. mulieri presentatur aliquid triſte: puta absentia delectationū vel huiusmodi quatinus ipsa cōsentiat. b. non cōsentit: sed non elicit oppositū. iam a. mulier melius ⁊ laudabilius se habet ꝙ b. mulier. ergo habit⁹ eius ⁊ actus est melior actu ⁊ habitu b. sed a. vtitur continentia/⁊ b. perseuerantia: igitur conclusio vera. ¶ Secunda cōclusio probatur. Cōtinentia gradus admittit insultus passionū in suo subiecto. temperantia gradus hos tam extinxit: ⁊ nitide repellit: ſi qui sint. ergo tēperantia est melior cōtinētia. cōsequentia tenet: argumentando sic: ⁊ nō multum distat a vigore rationis precedētis. oīnis ille habitus qui a sua sede vitia expurgat sua perfectione: est melior ꝙ ille qui multas fordes adhuc in eadem secū compatitur: sed sic eſt de temperātia ⁊ cōtinētia. igitur. ¶ Confirmatur hec ratio per simile: multo melior famulus est ille in domo materiali mundana: qui fordes omnes tam sub lecto vel sub archa vel cathedris ⁊ in plano inuētas a domo eiscit/ꝙ ille qui has fordes ſolū in plano inuētas purgat: sed talis famulus est temperantia gradus/⁊ alius cōtinentia: igitur. ¶ Preterea: intemperantia est deterior incōtinētia scōm Aristotelem: ⁊ supra dictum est. ergo temperantia est melior cōtinētia. tenet cōsequentia: melior virtuti petius vitium opponitur/⁊ e conuerso. ¶ Tertia cōclusio probatur. substantia quanto magis appropinquat deo/ tanto est perfectior: ergo virtus que magis accedit ad virtutē exemplarē dei/est melior: sed sic est de virtute heroica: hoc est diuina: igitur. Secundo probatur idem. virtus ⁊ ars sunt circa difficile. ij. Ethicoꝝ. sed virtus heroica est difficilior virtute nō heroica: vel ex pte obiecti: vt circūstantie. hoc ex Homero septimi Ethicoꝝ primo Aristoteles probat: vbi Homerus Ideamā introducit de Hectore dicentē eo q̄ Hector eximia bonitate prestabat. Hec tā hominis sane mortalis filius ille esse videbatur sed diuo femine natus. ⁊ quontā vitium non est virtus: non est heroica virtus. sicut aqua non est potus humidus: cum nō ſit potus. sequitur q̄ Hercules/Alexander macedo/ Julius cesar/ ⁊ huiusmodi qui aliquoꝝ respublicas violarunt: ⁊ intēperāter vixerunt: nō erant heroici: sed viri pditissimi. tam in morali philosophia gētilis ꝙ apud sacras hīstorias. Iz inter gētiles hi heroici erāt Socrates/Diogenes in dolio/Aristides: ⁊ magis/ apposite veteris testamenti: ⁊ maxime viri percelebres in primitiua ecclesia: qui ola bona caduca mundi reliquientes: Christum vite nomā sequuti sunt: prudentes sicut serpentes: simplices sicut colūbe: humillimi: patientiſſimi ibant a postoli gaudentes: quontā digni habiti sunt pro nomine Jesu cōtumelia pati: cardinalibus virtutibus erant in gradu heroico redimiti: tyrannorum immanes minas nichilificerunt: ⁊ ꝓ pace in ecclesia inuenta: Paulus/Antonius/hylarion/ ⁊ magne eremicolarum caterue ad eremū cōfugientes temperantiam in gradu heroico coluerūt: cecos honores: tristitias inutiles: fallacem mundi: ⁊ acheronta cōculcabant: in cauernis terre ⁊ speluncis: seminudi ⁊ ex herbis cū aqua et modico pane victitantes: nihil nisi celestia meditātes. ⁊ licet ab hominū cetu semoti erant: cum virtutibus purgatoriis ⁊ purgati animi maximā familiaritatē ⁊ summū mercium habuerunt: homines in terreno corpore vitam angelicam ducentes: quod multo pulchrius ⁊ laudabilius est ꝙ esse angelum natura/⁊ deo vel. ¶ Pro quarte cōclusionis intelligentia scito q̄ Ockam in fine sui tertij fingit sibi aliquas acceptiones in acre: ⁊ postea infert corollarie in hoc Joannem erraſſe ponentē continentiam temperantiam/ ⁊ virtutem heroicam/ esse eiusdem speciei specialiſſime. dicit q̄ cōtinentia habet insultus passionū magnos pro obiecto. temperatus in gradu habet parvos insultus vel nullos in rōne obiecti: fingit aliud obiectum virtuti heroice. Miror quomodo iste(q̄ certe

erat ingeniosus)contra Joannē suū:hoc est regentē:quē cōmunius habuit in. maxima reuerētia. vidit q Joannes non sic cepit gradus illos:nec Aristoteles:nec philosophoꝝ moralū scholastici.quomodo nō vidit q peregrine finxit aliqua obiecta esse de essentia istorum graduū: ꝛ posita intulit errorem in alio.alius protinus ei concessit illos actus ꝛ habitus specie differre vigilans ꝛ solidus erat Joannes in hac distinctione specifica actuū ex parte obiectoꝝ tam partialium ꝙ totaliū: solus iter illos antiquos in illa parte viam regiam tenuit:quē regentes in artibus sequunt omnes demptis quibuscū religiosis:opinionibus suoꝝ ducū addictis. ¶Probat ergo quarta cōclusio:actus cōtinētie/tēperantie/ꝛ heroicus/sunt in eadē potētia respectu eiusdē obiecti numero vel in specie specialissima:eodē modo tendunt in suū obiectū:similes notitias omnino psupponūt:vt abstractiuas vel intuitiuas similes.nec est aliquid aliud redditum ad idētitatem specificam qȝ talibus actibus veesse ergo sunt eiusdem speciei specialissime. ¶Secundo argumentor ad idem. Habilis est vnus actus numero qui primo est cōtinentia/ꝛ postea tēperātia gradus. sed res non habitur de specie essentiali in specie essentiale:ergo habitus cōtinētie ꝛ habitus temperantie erūt eiusdem speciei specialissime.antecedens probo: capio Socratē qui habet insultum passionis bene mitigatu:elicitat talem intensum actum/volo seruare castitatez:quē diu cōtinuat: ꝛ postea circa idē obiectum eliceat similes actꝰ quousqȝ passio pessim tt.tunc sic habilis est aliqua passio ꝓpter remissionē que nō sufficit actum mitigatiuum eius denominare cōtinētiam:sed erit tēperantie gradus actus:ꝛ quando passio erat maior:ille actus erat actus cōtinentie gradus. ¶Tertio sic:parum insultus passionis nō sufficit denominare habentē ꝓtinentē in gradu:sit gradus vt vnū qui nō sufficit:sit ille gradus maximꝰ qui nō sufficit denominare virū continētē: quando erat insultus vt vnū cū dimidio / volo q eliciatur vnus actꝰ in Socrate:ꝛ cōtinuetur quousqȝ medietas illiꝰ gradus passionis(ꝛ amplius si oporteat)euanescat:tūc ille actus in principio est actus cōtinentie gradus:ꝛ in fine est actus temperantie gradus:ergo idem actus numero successiue cōtinetur sub cōtinentia gradu ꝛ temperātia gradu.iste actus in illis duobus temporibus habet oīa que philosophi ponūt ad hos gradus virtutum.q si ad nomen vis (preter modum philosophicū) multiplicare altos gradus habentes alia obiecta:tā multo pluresdabuntur gradus ꝙ morales ponunt. Insuper: pauci imo paucissimi eliciūt tales actꝰ cū talib⁹ obiectis:sed gradus virtutum sunt creberrimi:ergo nihil dicis. teneo ergo q cōtinentia ꝛ temperantia gradus sunt eiusdē speciei specialissime entitatiue:ꝛ differunt solum sicut perfectum ꝛ imperfectum in eadem specie.ꝛ idem contingere potest de cōtinentia/tēperantia/ꝛ gradu heroico. Si aliqua mulier vult seruare castitatē suam coniugalem: ꝛ ipsa iudicat q nō est sibi periculum castitatem seruare(si ex impetu iniusto inferatur et iudicio suo mors:ipsa continuante libere eundē actum quē prius habebat: talis actus qui ante hoc erat in gradu cōtinentie vel temperantie:est in gradu heroico ꝓpter difficultatem circāstātie ad ꝙseuerandū in illo ꝓposito de seruanda castitate. ¶Contra primā cōclusionem obiicitur.cōtinentia ꝛ perseuerantia sunt eadem virtus.ergo vna non est ꝓfectior altera.consequētia est nota, ꝓbatur antecedens: ad eandem virtutem spectat comedere tantū quantū oportet ꝛ nō plus ꝙ oportet:ergo eodē modo ad eādē virtutem spectat moderari passiones delectationū ꝛ tristitiarum, ergo idem est respectu perseuerantie ꝛ cōtinē:ꝛa. ¶Respondetur: eadem virtus totalis est circa hec que dicta sunt:que a multis actibus specie distinctis emergit: vt volo comedere tantū quantū mihi sufficit:nolo comedere plus ꝙ oportet.hic sunt nolitiones ꝛ volitiones specie distincte ad eādem virtutem totalem pertinētes: nō est sic hic.continentia est gradus virtutis soluꝫ circa delectationes:ꝛ de ratione eius est non vincꝛ a delectationes:sed eam vincere ꝛ ꝓpellere:perseuerantia hoc nō ponit:sed solum ꝓpter tristitias non succūbit. ꝛ sic non est idem actus in specie cōmuniter:nec habitus. potest tamen vari actus mixtus equinaliter de virtuꝫ natura sapiens:vt nolo deserere tēperantiam ꝓpter tristitias ꝛ delectationes emergentes: sed ea ratione qua nō succūbit ratione tristitiarum vocatur ꝙseuerantia:ꝛ quia non trahitur ad illicitum ꝙ delectationes:est cōtinētia. non tamen nego quin idem actus vel habitus inclinans in prosequutionem sui obiecti primo ꝛ directe:indirecte ꝛ secundario reluctetur suo contrario: sicut calor est apꝰ natus producere calorem primo:indirecte ꝛ secundario resistit frigori:ꝛ ipsum corrūpit. Sed tamē in virtute qua libet cardinali totali:ꝛ in aliꝭ:dantur mille habit⁹ ꝓprie distincti. ¶Secundo argumētor: sic: cōtinentia gradus nō est virtus:sed perseuerantia est virtus: ergo cōtinētia non est preferenda ꝙseuerantie. consequentia tenet cum minore:probatur maior. cum Aristoteles de singulis virtutibus moralibus tractauit ad partem: in septimo de cōtinentia gradu determinat. ¶Respōdetur: cōtinentia trifariam accipitur. Uno modo pro abstinentia ab omnibus actibus venereis:ꝛ tunc cum virginitate coincidit. Scō modo capitur vt tantū valet quantū temperantia:quomodo eam capit Seneca in libello de quatuor virtutibus cardinalibus.his modis non capimus in proposito.Tertio modo capitur ꝓout dissimus. Sed an sit virtus:dico:hoc nomen virtus bifariaz accipitur. Uno modo ꝓprie pro habitu perfecto inclinante habentē ad optimū opus in quod potētia potest Alio modo latius capitur virtus pro habitu inclināte habentem ad opus bonum ꝛ laudabile. Continētia primo modo nō est virtus:quia inclinat cū reluctatione coexistenti:tēperantia ꝛ gradus heroicus hoc modo sūt virtutes. Sed non sequitur:Aristoteles loquitur hic in septimo post alias virtutes de his gradibus: ergo non sunt virtutes. temperantia gradus ꝛ virtus heroica sūt virtutes:similiter ꝛ amicitia de qua loquē philosophꝰ viij.ꝛ.ix.Ethicoum. Omnis temperātia gradus est virtus.ꝛ propie capiendo temperantiam gradum: omnis temperantia gradus est temperantia virtus: sed nō ecōuerso.capiendo temperantiam gradum cum additionibus ponitur in fortitudine/iustitia/ꝛ in aliꝭ virtutibus.

¶Contra secundam conclusionem obiicitur.temperantia non agonisat:continētia autem agonisat: habet cū bellum cum passione rebellante: sed agonisantes coronantur primo Ethicoum. ergo corona magis debetur continentie ꝙ temperantie. ¶Secundo:ars ꝛ virtus sunt circa difficile.ij.Ethicoum. sed difficilius est sequi rationem appetitu sensitiuo rebellante:quod facit cōtinentia:ꝙ non rebellante:quod facit temperātia. magnitudo enim passionis auget meritum. ¶Item: multi ponunt temperantiam in appetitu sensitiuo ꝛ continētiaz in voluntate.nobilioris autem potentie nobilior est habitus:igitur. ¶Has rationes facit Buridanus qȝstione quinta septimi Ethicoꝝ. ¶Ad primū dicit q agonisare nobiscum non est bonum:vel non est optimū:sed agonisare cum obiecto passionato est melius.ꝛ hoc potest esse dupliciter. Uno modo substernendo totaliter inimicum. Alio modo ipsi recalcitrādo ꝛ resistendo soli. corona autem magis debetur primo modo ꝙ secundo modo:ꝛ ille primus modus magis cōuenit tēperantie:secundus autem cōtinentie. ¶Ad secundum dicit q difficultas ꝓueniens ex debilitate rōis ꝛ ipsius volūtatis:aut etiaz ex nobedētia appetit⁹ sensitiui:diminuit meritū. ¶Cōtra has solutiones sic argumētor. difficultas ꝓueniens ex parte obiecti vel rei operate auget meritū scōm oēs: cui propositioni addo aliam.tota ratio illius est quia in hoc est maior difficultas ipsi operanti: sine culpa sua ꝓueniens.sed sic est in illo qui habet passionem naturalē non et imputabilem.ergo talis passio auget meritū ipsi operanti. Secundo argumentor ad idem:si Socrates ꝛ Plato eliciant duos actus equaliter intensos circa eādem materiam:ꝛ cum Socrates elicit cuz maiore conatu ꝙ Plato:Socrates plus meretur:si difficultas conatus non proueniat ex culpa Socratis:sed sicut in ꝓposito. pono Socratem vehementer passionatum ad illecebram:Platonem habentē castitatē naturalem:ꝛ cum hoc si voles habitum temperātie:obiiciatur vtriqȝ istorum vna formosa mulier allectiua in illecebiam: Socrates elicit actum nolendi intemperanter agere conformiter ad rectam rationem: Plato similiter: Socrates in illo casu plus meret ꝙ Plato.actus Socratis est actꝰ continentie:actus Platonis est actus temperātie gradus:igitur. ¶Propterea dico solutiones Buridani nullas:ꝛ aliter ad illas obiectiones respondendū est. Concedo q continentia de qua est sermo in casu argumenti est melior ꝙ actus temperātie gradus. nec hoc est contra Aristotelem:ipse enim loquitur de tēperantia ceteris paribus.captis duobus:cōtinenti/ꝛ temperato/qui similes passiones habebat a principio ei cōtinenti: sed iam per bonos actus passio in temperato est extincta: ꝛ nō insurgit propter habitum cōtrarium formaliter vel virtualiter in appetitu sensitiuo vel voluntate:capiatur vnus actus tēperantie equaliter intēsus:ille erit ita bonus sicut vnus actus cōtinentie: licet conatus cōtinentis sit maior:quia per bonos actus hanc facilitatem ac quisiuit temperatus.ꝛ si equaliter conetur cum cōtinenti:actus ipsius est intensior:ꝛ plus meretur.licet sit ei facilius:facilitas est acquisita ei per bonos actus suos. ꝛ quia totus ille habitus temperati est intensior habitu continentis: intensiores communiter actus elicit: ꝛ secundus stat:cum non habeat reluctamen:tēperantia gradus continentia gradu reputatur(ꝛ merito)melior.difficultas acquisita ꝙ virtū non auget meritum:sed acquisita sine culpa vbiqȝ meritum auget. Sed tunc est difficultas:si assuetus teiunare ex bono habit⁹ teiunet:ꝛ male habituatus teiunium infringere ex habitu malo peniteat de suo habitu:an male habituat⁹ plus mereatur ratione difficultatis operis?ꝛ dicit q non: Eremita esti quolibet die assuetus teiunare tantū meretur quantum curialista:quantūcūqȝ penitet curialista de fractione teiunij.deus remittit et culpam quia est penitēs:nō tamē facit q plus mereat ꝙ alter bene habituatus: qui non plus meret in elicitione actus equaliter intensi.ꝛ q hec ad duo argumenta respondetur. ¶Ad tertiū dicitur q temperantia gradus est tam in voluntate ꝙ in appetitu sensitiuo:vt inter illas potētias sit harmonia. ¶Contra tertiam conclusionem obiicitur. nō est tanta harmonia inter appetitum sensitiuum ꝛ voluntatem in heroico sicut in tēperato gradu.ergo virtus heroica nō est suprema virtutū, ꝙsequētia liquet. ꝓbat antecedens de Bonifacio illo luxurioso Romano:qui cū illa nobili romana muliere sua domina dormiuit: ꝛ orientem petens ingressus est subito gratia visitandoꝝ martyrū:repēte pausus est.ꝛ cū hoc cōfessꝰ diceretur: dixerunt eū nō esse in loco martyrū:sed in prestibulo vel taberna. hoc supposito sic argumētor. Ille Bonifacius passus est martyriū: sed omne martyriū volūtarie assumptū est actus heroicus.ergo ille fuit heroicus.ꝛ tamen fuit adhuc multum habitualiter intēperatus: ergo in se habuit malum habitum luxus cum ad malum inclinantem. ¶Confirmatur hec ratio.Hieronymus abstinens in antris Egyptiis erat heroicus:ꝛ tamen habuit rebellē carnē:vt de se ipse fatetur in epistola ad Eustochium inquiens:quotidie lachrymę:quotidie gemitus.ꝛ si quando repugnantē somnus imminēs oppressisset:nuda humo vix ossa herentia collidebā.de cibis vero ꝛ potu taceo: cū etiam lāguentes mondichi aqua frigida vrantur: ꝛ coctum aliquid accepisse luxurie sit. Ille igitur ego:qui ob gehenne metum tali me carcere ipse damnauerā: scorpionum tm̄ socius ꝛ ferarum: sepe choris intereram puellarum: pallebant ora ieiunijs:ꝛ mēs desideriis estuabat: in frigido corpore ꝛ ante hominē sicca sam carne premor:tuā sola libidinum incēdia bullibant. Unde argumētor sic. iste venerabilis senex fecit actus temperantie ꝛ actꝰ heroicos pro castitate habenda: ꝛ tamē nō cōsequitus est virtutes illos in illo gradu:ergo gradus illi non ponit illam harmoniam in toto homine talem qualem dicebā ergo ꝙ hoc nō habebā arguere horū graduum bonitatē. Illud potest roborari ꝙ doctorem gentili qui erat temperatus ꝛ heroicus:ꝛ tamen passus est rebellionem non modicam.patet ad Romanos.vij. Non enim quod volo bonuz hoc agoised quod odio malū illud facio. ꝛ pauloꝓst in eodem capite.Video autem aliam legē in mēbris meis repugnantem legi mentis mee:ꝛ captiuātem me in lege peccati que est in membris meis. ¶Ad ista respondetur:ꝛ primo ad primū de illo Bonifacio:certū est ꝙ habebat vnū actum heroicum qui ad martyrium sufficit,sed tota vita eius nō fuit heroica: ꝙ cōsequens non fuit heroicus de quo loquimur.bene erat deo deuotus:qui cum sic specialiter unit vt martyrio dign⁹ inueniretur:ꝛ bene vsus est naturalibus suis. ¶Ad alias obiectiones de Apostolo ꝛ Hieronymo:dico vterqȝ erat heroicus:non solū in vno actu:sed fere in tota vita. horū minor fortior erat Achille vel Ajace.cum vterqȝ habitauit in rebellī carne:carnem in chamo ꝛ freno cōpescuit vterqȝ.naturaliter heroicus non habuit hanc rebellionē sed deus deo permittente qualitatiuas dispositiones ad illecebrā inclinātes cōmouit.ꝛ rationabiliter passus est deus:qȝ magnū magna dicēt. hec passio ad illecebraz nō inuasit mulier culosum Sardanapali: sed animi potētē spiritualē:qui tā de carnis insultu ꝙ demone gloriosum reportauit triumphum. sic dicit:meminit me clamātem diem crebro iunxisse cum noctes: nec prius a pectoris cessasse verberibus ꝙ rediret(domino imperāte)trāquillitas.de Apostolo:similiter demon excitauit appetitum eius ad illecebram:ꝛ hoc permisit deus ne superbiret post visa magnalia dei que non licebat homini loqui. Illud patet secunde Corinth. xij. sic dicit Apostolus in principio capitis. Si gloriari oportet non expedit quidem,veniam autem ad visiones ꝛ reuelatiōes domini. Scio hominē in Christo ante annos quatuordecim siue in corpore,siue extra corpus nescio:deꝰ scit: raptum hmōi hominē vsqȝ ad tertiū celū.ꝛ post reuelationes has sequitur. Et ne magnitudo reuelationum extollat me:datus est mihi stimulus carnis mee.angelus sathane.in verbo stimulus/dicit glossa iterlinearis,diabo

lus vt ad defectum traheret. alij homines non ita potentes reſiſtere diu bene operantes in ſchola virtutū nullū inſultū paſſionū habēt: ſed oīa ſunt ſopita: ⁊ oīa ſunt cōſona rationi in eis, eoꝝ que ad appetitū ſenſitiuum attinēt ſpeciale fuit in Paulo ꝓpter cauſam dictā. ⁊ in magno illo Hieronymo: cuius ſentētiā cōſulto recitauimꝰ: vt in agonia ne deſperes: ſed relucteris cōtra ſenſualitatē cū illo forti athleta: vt glorioſus euadas victor. Non tū eſt credendū cū Stoicis ꝙ nulla paſſio eſt in ſapiente ⁊ ſtudioſo: vt Auguſti. dicit. ix. de ciui. dei. viij. de trini. recitat modū Ariſtotelis ⁊ peripateticorum ponētium paſſiones in ſapiēte ⁊ ſtudioſo. ſed nō eſt magnum diſcrimē niſi verbale vt dicit inter Ariſtotelē ⁊ ſtoicos. Stoici loquunt̄ de paſſionibus inordinatis ⁊ culpabilibus: nec Ariſtoteles diceret oppoſitū. ¶ Cōtra quartā concluſionē argumētor ſic. iſti duo actus ſpecie diſtinguuntur: volo tēperate viuere nō obſtante magno inſultu paſſionis inſurgente: volo tēperate viuere non obſtāte parua paſſione: ⁊ vnꝰ illoꝝ actuū eſt actus ꝯtinētie gradus alter vero tēperātie gradus: igit̄. ¶ Reſpōdet̄. argumētū dupliciter deficit. ſic poſſunt dari duo actus vel habitus continētie gradus ſpecie differentes inter ſe: ⁊ duo actus vel habitus temperantie gradus inter ſe ſpecie diſtincti: de hoc quis dubitat: debet arguens probare oīa indiuidua quoꝝ vnū eſt actus cōtinētie gradus/ ⁊ aliū tēperātie gradus ſpecie differre: qđ nec ꝓbat nec ꝓbare poteſt. Secūdo: nego ꝙ primus illorum actuum ſpectat ad cōtinētiam gradū: ⁊ ſecūdus ad temperātiā gradū. ſi in primo nullus ſit inſultꝰ vel paruus eſt actꝰ tēperātie gradus: ⁊ ſi in ſecūdo ſit magnus inſultus eſt actus cōtinētie gradus. ¶ Nunc vidimus cōtinentiam cum incōtinentia: perſeuerātiam cum mollitie/ tēperantiā cū intēperantia/ gradum heroicū (qui ferme in quali bet virtute reperibilis eſt: dūmodo ponat̄ circūſtantia mortis) cū beſtialitate. Inſuꝑ vidimus virtutes politicas/ purgatorias/ purgati animi ⁊ exēplares aliis nominibus virtutes incipientiū ꝓficientiū ⁊ ꝑfectorū: ⁊ parum diſcriminis eſt ad rē inter ſtoicos nō ponētes paſſionē cadere in ſapientem ⁊ ſtudioſum ⁊ peripateticos paſſionem ponētes: qꝛ priores loquunt̄ de paſſione vitioſa: poſteriores de quacūqꝫ paſſione. Ex Apl'o ⁊ Hieronymo habes nō ſtatim diffidendū cū inſultus fortes ad illecebrā inſurgūt: ſed tūc fortiꝰ reſiſtēdū eſt: ⁊ ſi reſiſtas: inſultū quēcūqꝫ ſedabis. reſiſtes ꝗdē parce comedēdo ⁊ bibēdo: parce dormiēdo: occaſiones oēs luxus ⁊ peccati cuitabis: ſtudio honeſto te totū accōmodabis. ⁊ cū nihil horū q̄ in te ſunt omiſeris: opē diuinā iugiter īplorabis: dicēs. Deꝰ in adiutoriū meū intēde: dn̄e ad adiuuandū me feſtina. Petitio optima eſt hec: ſi feceris: qſqs es continēs vel incōtinēs: paſſiones oēs pacatas habebis. i. ad Corin. x. Fidelis eſt deꝰ q̄ nō ꝑmittit nos tētari vltra id qđ poſſumꝰ. ⁊ cū dulces illas ſorores virtutes purgatorias ⁊ purgati animi ſicut tēperantiā gradū oſculatus fueris: earū ſocietatē nūq̄ derelinques: ⁊ tūc facile Sardanapali ⁊ alioꝝ intēperātiū vitā exoſam habebis. Horum gradium notitia finis eſt iſte.

Quarto q̃rit: an deus aliquẽ mediate fefellit: vel aliqui deo auctore mẽtiti ſunt de facto. ¶Rñdeꝰ, nulli ſunt decepti nullaq; mẽtiti ſunt deo inſtigãte. hec ꝓpoſitio ꝑbata eſt in q̃ſtione ꝓcedẽtiin qua dictũ eſt deꝰ nõ põt fallere: ꝛ ſi fallere non põt: nec fefellit. ¶Cõtra hãc ꝓpoſitionẽ iſtaꝭ variis modis. ꝑbaꝭ ꝙ deꝰ fefellerit ꝛ mẽtiri fecit: primo de illo argumẽto cõi. Heſ. xxvij. de Jacob: cui⁹ ſolutio nõ ẽ cõis. argumẽto: ſic: Jacob mẽtitꝰ eſt dicẽs ſuo ꝑri/ ego ſum primitus tu⁹ ꝓmogenit⁹ Eſau. ꝛ tñ ſciebat hoc eẽ falſũ: ꝛ tñ hoc fecit inſtinctu ſpeciali ꝛ rſio diuin⁹ acceptor: q̃ mẽtit⁹ eſt. Forte dicis ſicut aliqui docti viri dicũt quos Lyranus ſinaliter inſequitur: Jacob mentitus eſt. Contra hoc eſt Aug. in lib. de mẽdacio: ꝛ Roman⁹ põtifex in capitulo gaudem⁹. de diuo. ꝛ ſcriptura de eo non ſine ſale dixit/erat ſimplex: hoc eſt ſine plica ꝛ dolo: ergo illud dicẽ nõ põt. Rabi Salomon excuſans Jacob dicit/ſũt quedam ꝓpoſitiones vere: quarũ prior eſt: ego ſum. Secũda: Eſau primogenit⁹ tuus, tñ vtraq; iſtarũ ꝓpoſitionũ eſt vera. Imaginatio viri nõ eſt ſpernẽda: ſed nõ ſufficit ꝓo argumẽto. Nicolaus Lyranus hoc impugnat dicens: quacũq; arte verboꝝ aliquis fallit alĩ: a mẽdacio nõ excuſatur. aliter ergo dicit: ꝛ eſt ſolutio communis. licet Jacob nõ eſſet Eſau in perſona: erat tamẽ in officio ꝛ dignitate quantũ ad ius primogenture: ꝛ Jacob intellexit in illo ſenſu: ꝛ ſic nõ fefellit patrẽ. contra vidit patrẽ capere in alio ſenſu: ergo patrẽ fefellit: ſicut cõtra rabi Salomonẽ arguit. falſum eſt inſuper ꝙ quacũq; arte verboꝝ aliqs fallit alium a mẽdacio nõ excuſatur. fallere non eſt mẽtiri. cum nõ tranſit ꝛtra mẽtẽ: non mẽtitur. ¶Dico ad argumẽtum quantũ ad mẽdacium nõ eſt difficultas. Jacob dixit Iſaac ꝙ erat primogenitus ſuus Eſau: intelligẽs quo ad ius primogenture: qr de illo ſenſu cõtendebatur, ſicut Saluator Joan. xi. de Joanne dicit/ ipſe eſt Helias. ꝛ patet in theatris. i. in ludis ſcenicis qñ quis loquitur nomine ꝑſonis vel Pilati: ꝛ ſic Jacob nullo modo mẽtitus eſt, ſed de patre fallẽdo maior eſt difficultas. Jacob ꝓutit ꝓpoſitionẽ amphibologicã duos ſenſus habẽtẽ: quorum alter eſt verus: ꝛ in illo Jacob ſuũ dictum intellexit. ꝛ hoc cum a dolo excuſabat cõtra hoc argumẽtor. Secũdus ſenſus erat falſus: i quo pater primo intellexit: ꝛ Jacob hoc putabat: ergo fefellit. Ptio bo cõſequentiam. ſi aliquis querat Socratẽ quẽ habeo in cubiculo. ꝛ ego dico/nõ eſt in cubiculo meo: intelligẽs tertiã ꝑſonam de edo: ꝛ video ꝙ alter intelligit vt eſt tertia ꝑſona de ſumego nõ ſum excuſatus a fallẽdo ꝛ a deceptione: cũ verborum arte alium circũuenio. ꝛ ptz alio exẽplo: Socrates dicit Bertẽ habeo ꝛ habebo te ſemper in vxoꝛ donec corpus hoc ſub terra fuerit: intelligẽs de cineribus ꝛ terra quã, ꝑiciet ſupra ſe: cogetur ꝓtrahere ꝛ tenere cõmune verboꝝ intelligentiam. de ſponſa. ca. Ex litteris: ſed patris intelligẽtia erat ꝓpoſitionis ꝓnunciatiuus: igitur. Reſpondetur: forte in iſtis duobus exemplis vltimis ego fallo: hoc eñ in ſecundo exẽplo adverbio dubitandi in priori: ꝛ conſequẽs pecco/verboꝝ arte alios circũueniẽdo/ ſec⁹ erat de Jacob: qr hoc ſpũſancti inſtinctu fecit. ꝓ cuius intelligentia plenior ſcias ꝙ cui⁹ eſt ius cõdere ei⁹ eſt ãbiguitatẽ in ture inſtituere interꝑtari. ſic eſt in ture põtificio ꝛ in aliquib⁹ Romani pontificis reſcriptis. Modo deus eſt turis diuini legiſlator: ꝛ eius infallibilis (in rebus ambiguis) expoſitor. ꝓpterea recte dici ſolet ꝙ ſenſus literalis nõ eſt ſenſus ille quẽ nuda verba prima facie oſtẽdunt: ſed eſt ſenſus a ſpiritu ſancto intẽtus quẽ interdum ex aliis locis ſcripture colligimus/ nõmĩq; ꝙ reuelationẽ ꝛ ſpiritus ſancti inſpirationẽ: ꝛ ille eſt rectiſſimus ſenſus ꝛ infallibilis. Modo Rebecca mater Jacob edocta erat ab oraculo ꝙ ius primogeniture debitũ erat minori: patz Heſ. xxv. perrexit q̃s Rebecca vt cõſuleret deũ. modo deꝰ iura ꝛ dominia omnia ꝓ libito equiſſime confert: qr ipſius ſunt. Jacob vtr ſane optimus primo reluctatus eſt: grande reputans nephas patri velle illudere: ſed a matre ꝛ illuminatione dei edoctus/ tandẽ ſpũſancti inſpiratiõi acquieuit: ergo dictum eius/ego ſum filius tuus primogenitus Eſau habebat ſenſum hunc a ſpũſancto intẽtũ: ego ſum cui debetur ius primogeniture. qr de illo ſenſu cõtendebatur: ꝛ de illo ſenſu intẽdebat. ꝛ ad illum ſenſum mẽtis acie cũ reſpondẽtibus ſignis tam verbo ꝙ geſtu applicunt. ¶Sed contra hoc obiicitur. xxij. q. v. ca. quacũq; Gratianus ex Iſidoro recitat: quacũq; arte verborum quis turatveus tamẽ qui cõſciẽtie teſtis eſt ita hoc accipit ſicut ille cui turatur intelligit: ſed pater intellexit in alio ſenſu: ergo patrem fefellit: quicquid ſit de motione ſpiritus ſancti: vel ſpiritus ſanctus animum Jacob mouebat ad fallendum: ꝛ idem eſt cum iuramento, auctoritas ex Iſidoro allegata. ¶Reſpondetur, Illud capitulum quacũq;/intelligitur ſicut ille cui turatur intelligit: id eſt intelligere debet: non ꝙ teneatur ſemp ſic intelligere ſub pena peccati: ſed ſic ille eſt verus ſenſus illius propoſitionis. ꝛ ptz de confectratione diſtinct. iiij. ca. non illud. ſufficit mihi dicere veritatem ſecundum materiam ſubiectã: qualitercũq; tu intelligis. Modo Jacob dixit verum ſecundũ verum ſenſum a ſpiritu ſancto ſtelectum: ergo dixit qõ licite dicere poterat: ꝛ ꝙ cõſequẽs non fefellit. directe fallere eſt peccatum: ꝛ ꝙ conſequens ſi aliquis dicat quod licite dicere poteſt nunc aliũ fallit. ſed alter male intelligẽs fallitur a ſeipſo. ¶Contra hoc obiicitur: Jacob ꝛ Rebecca ſtudioſe ꝑparabãt pelles circa collum ꝛ manus Jacob: ſed hoc non feciſſet niſi quatinus Iſaac falleretur: qr ad quod propoſitum illas pelles aliter induiſſent. ¶Cõfirmatur hec ratio ex reſponſione Iſaac dicẽtis ad Eſau Heſ. xxvij. Venit frater tuus fraudulenter ꝛ accepit benedictionẽ tuã: ergo ex litera colligitur ꝙ pater fallebat. ¶Ad primã iſtarum rationũ cõcedo maiorẽ: minorem tamẽ nego. induebant pelles capillarum quatinus verum quod non tenebantur dicere Iſaac occultarent. exẽplum in ſimili. Socrates eſt iniuſte obſeſſus in vrbe ab vno tyranno: quam protegere non põt: induit veſtes fratris minoris/ vel feminine/quatinus ſic euadat. talis cum licite facit qõ põt nullo modo fallit. duobus modis poterant ſe habere Jacob ꝛ ille veſtes femine induẽs. Ano mõ vt fallãt: ꝛ hoc eſt malum. Alio modo vt occultẽt vnũ verũ qõ non tenẽtur dicere vel propalare: ꝛ hoc eſt indirecte fallere: ꝛ non eſt fallere ſimpliciter. licet veſtes induẽs indicet/ꝙ ex induitione pelliũ vel veſtium/hoc vidẽs falleret error nec aſſentiẽs: nihil ad a/cũ induẽs licite agat. ¶Ad ſecundũ duo dico. Primũ eſt: licet Iſaac iudicabat ꝛ diceret ipſi Eſau ꝙ Jacob eum fefellit: non ſequitur ꝙ Jacob fefellerit. Secundo dico: Iſaac cepit fraudulenter in bonam partẽ, aliqua eſt pia fraus ꝛ volus bonus: vt patet ſecũde Counth. xij. cũ eſſem aſtutus cepi vos dolo hinc legiſte vtuntur modo loquẽdi de dolo malo/pertinde ac ſi aliquis volus eſſet bonus: ꝛ ita Iſaac fecit vt filij trã lentret contra ſe. ſicut cõmuniter homines malũt ſeipſos viuere inſtuiere ꝙ alios. ita Eſau quodãmodo a ſe retecit retorquẽdo vtcũq; in Jacob: quẽ ſimplicem ꝛ prudentẽ nouerat. ipſe aũt ſenex volẽs in manſuetudine ꝛ tranquillitate paucos dies canitiei adhuc deducere in vita: cum manſit fixus in benedictione data Jacob non poterat animũ aliorſum flectere. cognouerat enim omnia illa eſſe a deo cui reluctari noluit. Ex his patriarcham Iſaac cui Chriſtus multum aſſimilatur in figura excuſare potes ſicut filiũ ſcõo genitũ extra vterum matris Jacob. ¶Secũdo obiicitur Abrahã dicebat ſeruis ſuis ſe reuerſuriũ ad puerũ Iſaac/ Heſ. xxij. ꝛ tñ ꝛtẽdebat eũ ꝑmere ꝛ nõ ita eũ redire. ſic Adrit Sara eſſe ſororẽ tuã. Heſ. xx. cũ pegrinarent in Geraris: hoc eſt in paleſtina: ꝛ tñ in viſu ei⁹ regebant a ſpũſancto: q̃ mẽdacia põt licite fieri. ¶Rñdeꝰ: Abrahã nõ mẽtitus eſt: vt̃ creꝺidit ꝙ deus tẽrtiue hoc dixit. vel ſi ex equitate hoc efficaciter voluit/ mortuũ reſuſcitare: qr deꝰ ei dicebat: in Iſaac vocabiꝭ tibi ſemẽ: ꝛ hoc eſt qõ dicit Aplus ad Hebre. xi. fide obtulit Abrahã Iſaac cũ tẽperaret: arbitrãs ꝙ a mortuis ſuſcitare potẽs eſt deꝰ. ſic nõ dicit puerus aliqd qõ mẽte nõ hẽret. Sz quãtũ ad Sarã vr. ꝙ Sara erat ex eodẽ ꝑre cũ Abrahã ꝑr abrahe erat au⁹ Sare ꝙ ex q̃ ꝑre erat Abrahã ĩmediate ex eodẽ erat Sara mediate: ꝛ hoc abrahã regi Abimelech dixit inq̃ens: alias ãt ẋe ſoror mea ẽ filia ꝑris mei ꝛ nõ filia matris mee ꝛ duxi

ram vxorem. alias: hoc est/sub alio modo loquendi quā vos geritis loquimini/est soror mea. hoc est loquēdo sicut nos loquimur ſ patria nostra. sicut Loth dicitur mihi frater/Heñ. xiij. Abrahā. ꝓbabiliter iudicabat ꝙ rex in Gerari pulchritudine mulieris allect⁹ / interficeret maritū Sare: r eā in vxorem duceret. ſi nō fuisset adhuc in senectute extīte pulchritudinis a deo totaliter ꝑseruata: Abrahā nullo modo sic iudicasset: r sic Abraham nō mētitus est. ¶ Sed replica est ꝙ fefellit: vidit ꝙ aliter capiebat in alio sensu: r arte verborum ꝓpositionē amphibologicā ꝓtulit: in alio sensu nō vsitato inter palestinos vsus est. licet verum dixit loquēdo more patrie sue. ſi britannus ego ꝓpositionē amphibologicā ꝓferrē Parisijs in sensu britannico qui sensus est alienus a sensu Parisiēsium: r video ꝙ parisianus in alio capit sensu: diceret merito ꝙ essem deceptor. ¶ Respondeť: Abraham iudicabat ꝙ ꝓtegeretur a deo. nō obstante de⁹ non erat tentandus. debuit enim primo facere illa que naturaliter facere poterat vt suū homicidiū euitaret: r relinquere reliqua in manu dei: qō r fecit: r hoc tangit glossa interlinearis. oñ habeat hoc qō faciat nō debet deū tentare. ex priore Pharaonis correctione certus erat ꝙ violari nō poterat. sicut Paulus fecit oñ vocatus esset a ꝑside/antea etiā doctus de nocte ꝙ in Italiam ꝑficiscerētur Actuū. xxiij. verū ergo Abraham dixit loquendo eo modo quo ipse r sui vſi sunt in loquēdo: r qꝫ causa ei⁹ erat iusta. r ſi hoc a deo habuit: nulla est dubietas quin nō peccauit: vt de Jacob iam in priori argumento diximus: iustā causam sic loquēdi habuit a deo cōcessam. etiam Pharao nō erat iudex Abrahe qꝫ nō fuit ei data auctoritas vt aliquid faceret contra eum. secus est de me qui debeo loqui more cōmuni Parisiensium: r vti cōmuni nō loquendi apud eos. ¶ Sed cōtra dicis: ex vtraq; solutione sequitur ꝙ deus dispensat in fallēdo: ptz: facit ꝙ istud qō esset fallere nō sit fallere r petiū. Jacob esset nō poterat iuste dixisse/ego sum filius tuus primogenitus Esau. Respōdetur negādo ꝙ deus dispēsat in fallendo ꝓptera: sed solum sequitur ꝙ deus facit aliquid ex viro iusto qō esset ei iniustū. Si deus daret mihi capitū tuū: dicerem ꝙ est meū: r caperēmō te fallerē. sed verum dicerem: qꝫ deus mihi dominiū capitis tui dedit. sic deus dedit Jacob ius primogeniture: r fecit ei dicere verum scām materiā subiectā. sic erat de Abrahā. Secūdo dici potest: forte. Sufficit ꝙ ego loquar verū de virtute seruonis britānici in casu potissimū odioso Parisiēsi: etiā vbi video ꝙ ipse aliter intellexit: potissimū ſi ipse esset mihi aliquid mali machinaturus/ ſi respondere dē eius intelligētiā. Ecce quomodo res patriarchę a mēdaciis excusantur. reliquū est aliqua adhuc argumēta aliox virox ꝓbox in scriptura adducere. ¶ Tertio obiciť: Joseph dixit fratribus/exploratores estis/Heñ. xlij. r non assentiebat ꝓpositioni quā ꝓtulit: ergo mendaciū est licitum in viro specialiter a deo ꝓtecto. Similiter Heñ. xliij. dixit fratrib⁹ suis. Scyphum quē furati estis ipse est in quo bibit dñs me⁹ r in q̄ augurari solet. ¶ Quarto sic. Hebrei fefellerūt Egyptios querentes bona eorum mutuo r accōmodato/Exodi. iij. r. xij. instigāte deo: r nō peccauerūt: ergo fallere cōtingit sine peccato. illud patet Exodi. iij. dicitur. Et cū vos egrediemini nō exibitis vacui: ſz postulabit mulier a vicina sua r hospita sua vasa argētea r aurea/ac vestes. r Exodi. xij. scribit Dñs autem dedit gratiā populo coram Egyptijs vt cōmodarent eis r spoliarēt Egyptios: modo qui capit comodato p mittit restituere: qō Hebrei nō fecerunt. ergo Egyptios fefellerunt. ¶ Ad tertium dicit Nicolaus Liranus Joseph mētitus est. apostoli erant pfectiores istis q̄ veniā iuter peccarūt. Respōdetur aliter: non est facile damnandus in mēdacio vir ita exēplaris qui in iuuentute domi ne sue vxori phutiphar is nō consensit: sed citius voluit incarcerari r mortē ppeti ante ꝙ tale scelus cōmitteret. nego ꝙ peccauit vel ꝙ mētitus est: tronice r interrogatiue hoc dicit. quēadmodū ego dicerē philosophis/vos estis homicide r raptores. furati estis scyphum: hoc est/ clanculum habetis. est modus loquēdi. ſi breuiarū meū ponam in capitū tuum: r nescio vbi est: inuentēs ipsum post explorationē/dico tocose/furat⁹ es breuiarū meū. Ad aliam particulam de augurio. Egyptij semp erant magni augures. Verosile est ꝙ erat scyphus in quo rex bibebat: r in quo augurari solet rex. sed quia de augurio proprio loquutus est: dubitatur: Respōdetur vno modo. loquebat vt plures more Egyptioꝝ cū reputantium augurē: sicut beata Virgo dixit. Luc. ij. Pater tuus r ego dolētes querebamus te. modus erat loquendi ita apud altos. Secūdo dicitur. augurari propie capiendo semp sonat in malū: r sic non cepit Joseph. Secūdo latius sumitur: vt est predicere futura. r Joseph fuit talis augur egregius: vt patet Heñ. xl. r. xli. nosciis nō est similia mei in arte augurandi. quando Nicolaus dicit aliqui apostoli viris his nō impfectiores venialiter peccauerūt: vt Petrus ad Galath. ij. Respondetur cōcedendo ꝙ apostoli postq̄ erant confirmati ex alto non erant inferiores patriarchis: vel saltem circa finem vite. nec admittimus determinati ventale in apostolis / nisi vbi scriptura hoc ꝓbabiliter ostendit. illud Joānis in canonica nō mouet: Si dixerimus peccatum nō habemus nosipsos seducimus r veritas in nobis nō est. stat virum non esse in peccato: r non dicere vel iudicare se nō esse in peccato. Delicta quis intelligit? Semp hi patres exosum habebant mendacium. Judas nō equalis tam recitatis in bonitate/qui luxurie peccatum cum Thamar admisit/ mendacium multū exhorruit. ¶ Ad quartum dicitur: deus Hebreis transtulit dominiū rerum quas ab Egyptijs ceperunt: r dedit gratiam in oculis Egyptioꝝ vt darent eis ſi habebant qō ꝓbabiliter petebant: instigabat eos interius ad hoc dandū. Hebrei tamē ex stultitia sua poterāt dixisse/date nobis accōmodato vel mutuo r restituemus: vt citius allicerēt Egyptos ad res vandas: intendentes non restituere: sed defraudare: tunc Hebrei eximpudentia sua r malitia peccabāt/non satis in deo confidentes: qui dedisset gratiam in oculis Egyptioꝝ dare eis omnia que petebant. ¶ Quinto obiciť: Daniel finxit se furiosū coram Achi rege in Gerari r tamen non erat talis: igitur: r non est dicendum ꝙ peccauit: cum eum inuenit deus scām cor suum. ꝙ finxit se furere patet: quia sic dicit litera: r immutauit os suum coram Achi: collabebatur inter manus eorum: r impingebat in ostia porte: diffluebant⁹ saliue eius in barbam/ r ait Achis ad seruos suos: videtis hominem insanum quare adduxistis eum ad me. an desunt nobis furiosi? introduxistis istum vt fureret me presente. Dimittite illum hinc ne ingrediatur domum meam. Dauid illic mutauit os suum more stultorum aliena loquendo: r collabebatur inter manus eorum: hoc est / cecidit more epileptici: r impingebat in ostia porte: finxit se intrare per fauuas clausas: r more stultorum impinxit in ostia: r imo nebat saliuam coram vt descenderet super barbā. ¶ Respondetur: licet Dauid in prosperitate non parum peccabat erga Vriā r numerationē populi: tū in aduersis (more multoꝝ) bene se habebat: r multū exhorebat mendaciū: vt ptz ex. xxvij. c. primi Regū/ de respōsione ad regē Achim: in qua dicebat ꝙ perrexit ꝑra meridiē Judee. Propterea dicitur ꝙ Dauid in isto facto nō peccauit: visus est signis indifferētibus ad furiā r nō furiā: volēs occultare verū: ad cuius occultationē licitā: iudicabat circūstantes futuros deceptos: qui nō occurrebat viro in angustijs posito alia via euadēdi: illic optime practicauit illud qō postea factū est carmen. Stultitiā simulare loco prudētia summa est. Si in vocibus amphibologice licite hoc modo loquiť: vt de Abrahā r Jacob diximus et cū gestus nō indicēt ita determinate conceptū mētis sicut voces: a fortiore licet vti duplicitate gestuū quēad modū fecit Dauid. ¶ Sexto argumētor ꝙ illud qō scribitur. iiij. Regū. vi. de rege Syrie qui misit exercitū ad capiendū Heliseū qui tūc habitabat in Dothaim: dicebat Heliseus famulo suo: plures nobiscū sunt ꝙ cū illis: qō erat falsum: r statim sequiť post preces Heliseī: aperuit dñs oculos pueri r vidit: r ecce mons plenus equoꝝ et currū ignitoꝝ in circuitu Heliseī: r tū nulli erāt currus ergo famulus Heliseī decipiebať. et paulo post sequiť. Ad ꝑces Heliseī Syri percussi sunt cecitate. sic scribiť: percussitq; eos dñs ne viderēt iuxta verbū Heliseī: ergo deus misit in eos errorē. Quarto: prophęta dixit Syris nō est hec via/nec ipsa est ciuitas: sequimini me r ostendā vobis virū quē queritis. r tū ꝑterūt eū in Dothaim in qua vbe ipse erat: et rectissime ibant in Dothaim: ¶ Ad sextū nego ꝙ Heliseus fallebat. hoc esſi erat verum: plures erant cū Heliseo ꝙ cū Syris: hoc est maioꝝ erat resistētia. ¶ Ad secūdā obiectionē qua dicitur famulus Heliseī vidit montē plenū equis r curribus ignitis. Aliqui dicūt ꝙ hoc fuit scām sensum ꝙ deus ꝑduxit iudicii erronei in sensum: r nō in intellectū: sed hoc nō valet. poterat deus ꝑducere aliqua realiter q̄ apparerēt currus tū scām sensum ꝙ scām intellectū famuli Heliseī: r sic fallebat a scipso: sicut hostiā consecratā cū nō cōsecrata posita iudicas esse realiter panē sine culpa ponentis in casu ad partē. ¶ Tertio poterāt esse de facto currus ignitī vt animaretur famulus Heliseī. ¶ Ad tertiū dicit: ꝙ Syri erāt percussi cecitate: id est/deus nō cōcurrebat cū eis ad videndū vel ad intelligēdum: r sic non poterant recte iudicare: quia ſi prima causa nō concurrat ad effectum/causa secūda non potest cōcurrere. ¶ Ad quartū dicit: licet Heliseus mansit interdum in Dothaim: cōtus tū mīsit in Samaria: qō patet. iiij. Regū. v. vbi iuuencula Hebrea dicebat domine sue: Vtinam fuisset dñs meus apud prophętā qui est in Samaria: ꝑfecto curasset eū a lepra quā habet. et prophęta dixit Syros ad Samariā dicēs eis: Sequimini me r ostendā vobis virū quē queritis: qō verificabat. vel sic: Non est hec via ad habēdū virū quē queritis: nec est ista ciuitas in qua inuenietis eū nō laboro excusare Jehu: licet egregie fecit occidendo sacerdotes Baal/ r zelo zelatus est pro dño exercituū: qi nō discessit a peccatis Hieroboam filij Nabatis. sed viros optimos nō debemus damnare in mendacio/nisi vbi cōstiterit. ¶ Septimo obiciť per istud qō scribiť tertij Regū vltimo/de rege Jſrael. precepto a prophetis dicit Micheas prophęta. Egressus est autē spiritꝰ/r stetit coram dño/r ait: ego decipiā illū. Cui locutus est dñs: in quo? et ille ait. Egrediar: r ero spiritꝰ mendax in ore oīm prophetarū eius. Et dixit dñs: decipies r ꝑualebis: egredere r fac ita. ¶ Respondeť scām Augustinū libro. lxxxiij. q̄stionū. q. liij. Sicut deus per se ipsum neminē decipit: ita nec p angelū bonū nec p hominē bonū. Sed ſi quis dignus sit decipi: deus permittit influētia generali illū decipi p malum angelū: sicut rex Achab qui deceptus est per malū angelū: qui ad hoc nō est missus: sed permissus. Illud enim verbum: egredere r fac ita: nō est dictū imperatiue: sed permissiue vel pūciatiue: r tātū valet quātū facies. sicut illud Joānis. ij. Soluite templū hoc. et Joānis. xiij. qō facis fac citius. ¶ Octauo obiciť: Christus finxit se longius ire: Luce vltimo. r Paulus dicebat / Percutiat te paries dealbate: r cū argueret ꝙ summū sacerdotē dei maledicebat: dicebat: Nesciebā fratres ꝙ princeps est sacerdotū. ¶ Ad octauū dicitur. triplex est fictio vel simulatio/scientionis r doctrine/r deceptionis. Prima est in iustis insidijs. Secunda fuit in Christo qua vocuit apostolos officiū hospitalitatis. Vnde r coegerūt eū dicētes: Mane nobiscū oñe quontā aduesperascit/ r inclinata est iā dies/Luce vltimo. r mater docēs filiū ingredi/ ostendit ei baculū vel brachia ꝓpinqua retrocedēs eū puerulus appropinquat quatenus ingredi addiscat. Tertia est ſimulatio deceptionis q̄ est mala. ¶ Ad nonū de Paulo respondeť: stat ꝙ Paulus nesciebat an ille Ananias presens esset summꝰ sacerdos. esto ꝙ audiuerit ꝙ Ananias esset summus sacerdos: non tū cognouit eū visu et alloquēte: sicut nec ego cognoscerē Franciscum primum Francoū regē: esto ꝙ assentia huic Francisco est rex. Secundo dicitur: translatum erat sacerdotium: qō sciebat apostolus: r sic rectissime ad intētionē locutus est. ¶ Decimo obiciť de multeribus probis de quibus scriptura loquiť: Sara negauit se post ostiū risisse. pari forma Rachel/vt patris Laban idola occultaret sub sella sedebat se morbo femineo laborare. oppositū vtriusq; erat verū. de obstetricibus Egyptioꝝ/de Raab meretrice/r de Judith. Mulieres erāt oēs probe: r de veneto femineo sexu: que cōmuniter aut multū bone sunt/aut multū prauę: raro mediū more virorū tenētes. iste in argumēto adducte nō reliquerūt illud multeribus proprium. fallere/ flere/nere. illi sexui tocose applicari potest illud Alexādrini: sed quia p sexū mulierū siue virorū nosciťur proprias: hoc sic in ꝑsentiarū interpretor: mulierū ꝓprietas siue accidēs cōmune est fallere r mentiri: patet: iste vne probe mulieres ita fecerūt: quid erit de tota multitudine. secus est de viris in tanto numero. concedo illas oēs mentitas fuisse. r licet cōmuniter cōcedať Judith mentita fuisse: possumus videre illam sanctissimā hoc modo excusare. notū est mulierē posse se ornare quatenus viro suo placeat scām dictamen recte rationis: cui ꝓpositio alia addosiic licet mulieri se ornare vt gratia capiat in oculis truculētissimi hostis: quēadmodū erat Holofernes: vt patet ꝙ illa que immaniter peregit ante obsidionē Betulie. licet ipsa iudicabat ꝙ Holofernes libidinose moueret eius speciositatē contēplando: ipsa hoc nō intēdebat. sed intēdebat captare gratiā in oculis eiꝰ quatenus ipsa libere ingrederet r egrederetur tētorii principis militie ad mutū: quē ipsa perimere intēdebat q: hoc poterat. erat iustū bellū ex parte Hebreoꝝ. spiritussancti instinctu peculiari ipsa hoc attentauit. r hoc sic deꝑhēditur: tota vita nō erat sanguinaria: auſu femineo/cū influētia dei generali/nō est credibile ꝙ ipsa hoc attentasset. per lotionē corporis r vestiū nitoꝝ volebat captare gratiam maioꝝ in oculis principis. Judith. x. scribitur: Lauit corpus suū r vnxit se myrrho optimo r discriminabat crines capitis sui r imposuit mitram super caput suū r induit se vestimētis iocūditatis sue etc. Cui dñs contulit splendorem vt ipsa longe speciosissima in omnīū cōspectibus appareret: in his nō peccauit. possumus exponere reliqua que videťur esse mēdaciū: sed vero similius est ꝙ ipsa bona vidua aliqua mēdacia adiecit: r garryendo more femineo promisit plura q̄ expe-

diebat ꝓ occidẽdo ℍoloferne: vtpote q ipsum duceret ℍolofernẽ ꝙ medijs ℍierosolymis: ⁊ q̃ haberet oĩa populũ Jsrael: ad hoc spiritussanctus nõ cooperabat. sed mouebat eã quatenus ℍolofernem occideret: vedit illi speciosittẽ incredibilẽ: ⁊ disposuit ℍoloferne ⁊ reliqua oĩa vt facile occideret: ⁊ eã ad homicidiũ instigauit. sed ipsa (vt suo sexu sapiens) mendacia officiosa adiecit.

¶ Undecimo obijcit per illud qõ scribit Jone.iij. adhuc quadraginta dies ⁊ Ninive subuertetur: ⁊ hoc dixit tm̃ perãte deo: ⁊ tñ nõ ita euenit. ¶ Duodecimo sic: Esaias dixit Ezechie ex ore dei: dispone domui tue qz mortuus es ⁊ non vives: ⁊ tñ ad fletũ Ezechie additi sunt.xv. anni vt patet Esaie.xxxviij.igit. ¶ Ad vndecimũ dicit ꝙ prophęta hoc dixit cõminatorie nisi cõuerterẽtur: ipsi autẽ cõuersi sunt quo ad mores. rex ⁊ oẽs ieiunarũt ⁊ conuertẽrunt se ad fletũ. ¶ Ad duodecimũ dicitur: scõm causas naturales. Ezechias mori debuit. ¶ Decimotertio obijcitur: circũstantia vite vnius saluãde facit mendaciũ qõ fuisset mortale/esse veniale: ergo similis circũstãtia adhuc addita/tollit illud veniale ⁊ facit nõ peccatũ: tenet cõsequẽtia: plus est tollere mortale ⁊ mutare in veniale q̃ tollere veniale. ¶ Decimoquarto obijcit: aliquis potest habere ignorantiã inuincibilẽ q̃ mendaciũ non est peccatũ: ⁊ talis mentiẽs nõ peccat: ergo aliquod mẽdaciũ bene fit. ¶ Ad decimũtertiũ cõcedo antecedẽs: non q̃ idẽ actus qui fuisset mortalis sine circũstãtia/ est venialis ꝙ circũstantiã appositã: si circũstãtia cadat in ratione obiecti. sed ꝓsequẽtia est nulla: posita illa circũstãtia ⁊ simili bevita vnius saluãda vel vita mille hominũ: semꝑ cũ est ratio mendacij est peccatum. manet malitia generica actus: sed diminuit malitia ⁊ fit venialis ꝙ appositioñ vite multoꝝ. ad ꝓbationẽ cõsequẽtie/negetur q̃ vbiq; illud qõ tollit a maiore maius/tollit tãtũ a minore. contritio ve maiore culpa plus tollit q̃ ve minore: et maius est tollere culpã: ⁊ penã eternã in tẽporalẽ cõmutare: q̃ penã paruã tẽporalẽ tollere: ⁊ tñ medietas cuiuscũq; contritionis primũ facit ⁊ nõ secundũ. ¶ Ad xiiij. negetur q̃ hic sit ignorantia inuincibilis.

Circa hanc distinctionẽ.xxxix. in qua Magister de iuramẽto ⁊ periurio loquit̃ querã aliquas questiones: quarũ ꝓima erit/an iuramẽtũ sit licitũ. Secũdaria an omne iuramentũ sit obligatoriũ. Tertia: an liceat ꝓmittere illũ iurare quẽ scim̃ peieraturũ: ⁊ an ab ydololatra liceat capere iuramentũ. Quarta: an omne periurũ sit peccatũ mortale. Quinta: an periurium sit maius peccatũ q̃ homicidiũ. ¶ Prima ergo questio est an iuramentũ sit licitũ. In primis explicabitur quid est iuramentũ cũ quadã eius partitione. postea cõclusiue respondebit cũ paucis obiectionibus ⁊ earũ solutionibus. ¶ Jurare siue iuramentũ est assertio alicuius dicti testimonio dei immediate vel mediate vallata. Assertio est infertus ad ꝓsiciationẽ. propositionẽ grecam pure latinus profert: ⁊ nõ assertiue illã enũciat: cum nesciat quid ꝙ eam significetur plusq̃ sturnus quicula humana verba edocta. assertio ꝙ dicto affirmatiuo vel negatiuo accipit. dicit immediate: qz interdũ ꝙ deum iuramus immediate: nõnũq̃ ꝙ creaturas in quibus effectus dei relucet: vt per sanctos eius/ tẽpliũ/vel celũ: sed mediate sit reductio vltimata ĩ deũ. Matthei.xxiij. qui iurat in tẽplo/iurat in illo/⁊ in eo qui habitat in tẽplo. et qui iurat in celo/iurat in thꝛono dei ⁊ in eo qui sedet sup eũ: qui scõm Apostolũ ad Romanos.viij. Vanitati oĩs creatura subiecta est: quoniã scimus homines/falli in multis: ⁊ plerosq; (qõ veterius est) fallere. Deus autem quia est omniscies ⁊ summa veritas/nec fallere/nec falli potest. ideũ in testimonijs assertionis assumimus: vt per deũ verũ dico/testis est mihi deus/scit deus ꝙ nõ mentior: hoc est/deus scit ⁊ testificat: vel viuit dñs: hoc est/ita verũ est qõ assero sicut deus viuit: licet vna sit necessaria ⁊ altera contingens: vel hec faciat mihi deus: vel hec addat: ⁊ nõ saluet si nõ sit sicut assero. Amen amen dico vobis: hoc est fideliter ⁊ veraciter. Sic ẽt Saluator exponit Luce.iiij. inquit: Amen dico vobis in veritate: qz multe viduę. ⁊c. Per salutẽ meã hoc faciã: salutem meã obligo deo ad hoc factẽdũ: per fratrẽ meũ hoc faciã: hoc est/pereat frater meus si nõ faciã. hoc modo iurauit Joseph ꝙ salutẽ ℙharaonis: ⁊ simplex Jacob per timorẽ patris sui Jsaac: illud iuramentũ dicit̃ execratorium. Et licet oĩs creatura sit dei scm illud psal. Domini est terra ⁊ plenitudo eius orbis terrarũ. ⁊ per consequẽs nõ possumus ꝓprie et aliquid ponere in pignus. sicut male vas mihi pignus (ꝙ pecunia quã tibi trado mutuo) meã tunicã. tamẽ deus cõcessit cum hoc nobis ius partiale vel cõdominiũ secũ in creaturis aliquibus quas possumus ei ponere in pignus: ⁊ sic nõ est omnino simile de veste mea/in pignus accepta scm̃ legẽ cõem: misi de⁹ velit habere solitarie dominiũ i re ipsa.

¶ Preterea: iuramẽto ꝙ: quoddã est assertoriũ/quoddã promissoriũ. Assertoriũ est respectu cuiuslibet tẽporis p̃teriti p̃sentis ⁊ futuri: ⁊ est assertio alicuius nõ exhibẽdi per assertẽ iuramẽto vallatas: vt ꝙ deum mundus fuit a deo creatus/dies p̃sens est/⁊ dies iudicij erit. ¶ Juramentũ ꝓmissoriũ est iuramẽtũ quo quis iurat se aliquid facturũ vel non facturũ: vt ꝙ deũ cras audiã diuina: per animã meã cras nõ occidã. ¶ His p̃missis pono duas cõclusiones: quarũ prior est: iuramẽtũ aliquod est licitũ et honestũ. Secũda: iuramẽtũ aliqñ est actus meritorius?

¶ Prior: cõclusio patet: aliquis actus iurãdi est actus virtutis vel virtutẽ habitualẽ generãs: ergo aliqs actus iurãdi est honestus ⁊ licitus. cõsequẽtia liquet: ⁊ antecedẽs patet: aliquis actus iurãdi habet vel habere potest materiã debitã siue obiectũ debitũ/⁊ debitũ finẽ/⁊ ceteras circũstãtias oẽs licitas/ ⁊ nullã malã circũstantiã habere: ergo talis actus est bonus. tenet ꝓsequẽtia. nõ plura ad bonitatẽ moralẽ requirunt. de materia patet/ tã de asserto q̃ ve deo qui in testimonũ assumit. stat dicti esse cognitũ verũ. Deus (cũ oĩa sciat ⁊ nõ fallat) est testis idoneus adductus: ergo tota materia iuramenti est licita, de fine patet: facio hoc ꝙ bono spirituali/vel tẽporali ad spiritualẽ reducibili/⁊ ad certitudinẽ habẽdã que alia via haberi nõ potest. in talibus illud Apostoli ad Hebreos.vi. verũ habet. oĩs cõtrouersie finis est iuramẽtũ. ¶ Secũdo eadẽ ꝓbat sic: oĩs actus latrie est actus virtutis: aliquod iuramẽtũ est hmõi. igit. cõsequẽtia tenet cũ maiore. minor ꝓbat: qz deus audicit̃ in veritatis testimonũ tãq̃ veritas infallibilis/⁊ oĩm certissimus cognitor. hoc autẽ est reuerẽtiã deo exhibere. illũ probat ꝙ glosam Hieronymi/Matthei.vi. per qõ quis iurat/illud venerat̃ ⁊ amat. Propterea homes ꝓ maiores suos iurant ad Hebreos.vi. igit. ¶ Eadem cõclusio patet multiplici auctoritate. primo: Deuteronomij.vi. scribitur. Dominũ deũ timebis/⁊ ꝙ nomẽ eius iurabis. et Matthei.v. Reddas dño deo iuramenta tua. ⁊ psal. Jurauit dñs ⁊ nõ penitebit eum: ⁊ Jurauit dñs Dauid veritatẽ ⁊ nõ frustrabitur eã. ⁊ ait Deus ad Abrahaam Hesa.xxij. Per memetipsum iurauj/qz fecisti hãc rẽ. ⁊c. et frequẽter in scriptura habetur/vnde ego dicit dñs, et

de creaturis patet: primo de angelo / Apocalypsis .x. Angelus leuauit manũ suã in celũ ⁊ iurauit per viuentẽ in secula: ⁊ Paulus crebro iurauit: pater ad Romanos ix. inquis: Veritatem dico in Christo non mentior. ⁊.ij. Corinth.xi. Deus et pater domini nostri Jesu Christi scit quia nõ mentior. ⁊.xij.cap. eiusdẽ epistole dicit: coã deo in Christo loquimur. Juramẽtũ ergo est licitum: cũ modo suos comites habeat adiunctos: qui tanguntur ℍieremie.iiij.cs. Jurabitis viuit dñs in veritate/in iudicio/⁊ in iustitia. Tria ergo ad iuramentũ licitũ requirũtur. Primũ est/q̃ iuretur verũ vel inuincibiliter putatũ verũ. in ꝓposito verũ est ꝓpositio vera. Secũdo requiritur iudiciũ/scz iudiciũ discretionis: vt nõ leuiter/nec sine premeditatione iuret. Tertio requirit̃ iusta causa: vt pro amicitia ⁊ trahẽda: vt viri de generis iurarũt Jsaac dicẽtes: sit iuramẽtũ inter nos ⁊ ineamus fedus vt non facius nobis quicq̃ mali. Hesa.xxvi. vbi habet: Surgentes mane iurauerunt sibi mutuo ꝓ pace retinenda: vt Jacob iurauit cũ Laban Hesa.xxxi. Jacob iurauit Laban ꝙ timorẽ patris sui Jsaac. ¶ Quarto modo iuratur pro fidelitate seruãda: vt.ij. Regũ. v. Venerũt senes Jsrael ad regẽ Dauid ⁊ percussit cũ eis fedus coã dño. ¶ Quinto ꝓ obedientia ⁊ subiectione recognoscẽda iuratur: sicut iurauerũt viri Galaad Jepte Judicum.xi. ⁊ filij Jsrael iurauerũt se dño seruituros/data lege Exodi xxiij. ¶ Sexto iurat ꝓpter malũ cauẽdum vt euitetur calumnia: vt fieri solet in cõtestatione litis. ¶ Septimo pro infamia purgãda: vt Deuteronomij.xxi. Si inuẽtus fuerit cadauer hoĩs occisi/matores natu lenabũt man̄ suas. ⁊ cetera. Multis aliis modis iurat: qui in particulari in infinitum sunt ꝑducibiles. Ex isto patet Manicheoꝝ error falsus dicentiũ nõ licere aliquo modo iurare.

¶ Secũda cõclusio patet: quilibet actus elicitus a gratia est meritorius: aliquod iuramẽtũ est hmõi. igit. cõsequẽtia tenet cũ maiore. minor patet: aliquod iuramẽtũ est actus deliberatus/⁊ bonus moraliter/elicitus ab habẽte gratiã: ergo est a gratia elicitus. ¶ Cõtra has duas conclusiones argumẽtor: primo ꝙ illud qõ scribitur Matthei.v. Audistis qz dictũ est antiquis/non periura bis: reddes autẽ deo iuramẽta tua. Ego autẽ dico vobis nõ iurare oĩno: sit autẽ sermo vester/est/est/non/non: qõ his abundantius est a malo est: ergo iurare est peccatũ. ¶ Preterea per illud Jacobi .v. ante oĩa fratres mei nolite iurare/neq; ꝙ celũ/neq; ꝙ terrã/nec aliud qõcũq; iuramẽtũ. ¶ Ad primũ argumẽtũ cuius pondus iacet in hoc/ego autẽ dico vobis: nõ iurare oĩno: negatio illic preponit signo vniuersali negatiuo: ⁊ sic aliquod iuramentũ est ꝓhibitũ. nõ autẽ dictũ est/oĩno nõ iurare. ⁊ ex illo infert doctor seraphicus: errarunt Manichei/ qz sic distinguere nesciebãt. sed hec solutio parũ est põderãda. Oĩno tãtũ valet quãtum prorsus ⁊ pottus affirmatiuũ signũ ꝙ negatiuũ esse videtur. Jnsup oportet respicere ad intelligẽtiã scripture ⁊ quid innuat: ⁊ nõ semper ad hec verba. patet aliunde scribit Exodi.xx. Non cõcupisces domũ proximi tui/non vxorẽ/nõ seruũ. nec oĩa que illius sunt. Illic licet negatio nec/vniuersali signo ꝓponitur: capiẽ ac si ꝓponerẽt: qz illa est scripture intentio: vt facile videri potest. ¶ Ad argumẽtũ igit dicit ꝙ ve⁹ prohibuit iuramẽtũ sine rationabili causa iurandi: sicut Jnnocẽtius.iij. dicit. in.c. Et si Christus. de iureiurã, alia qua sunt semꝑ bona: vt virtuũ actus. aliqua semꝑ mala vt furtũ/periurũ. aliqua indifferẽtia ad bonũ ⁊ ad malum: hũc cũ vna circũstãtia sunt bona: nunc cũ alia sunt mala. aliqua sunt que in pluribus sunt mala: possunt tñ bene fieri: vt est iuramentũ. Si quis assueſcat iurare: ex habitu facile in iuramẽtũ ruit vbi nõ oportet. hic Eccli. xxiij. legit. Vir multũ iurans replebit̃ iniquitate. iuramẽtũ nõ est ꝓpter se appetẽdũ: sed solũ ꝓpter aliud spirituale bonũ vltimate. Unde Augu. in libro de sermone dñi in mõte: qui intelligit nõ in bonis ꝙ se appetẽdum: sed in necessarijs iurationẽ habẽdã: refrenat se quãtum potest vt nõ vtaẽ nisi necessitas cogat. Juramẽtũ nõ ordinatur nisi ad supplẽdum defectũ: ergo nõ est ꝓpter se appetẽdũ: sicut nec potio amara ꝓpter se, modo iuramẽtũ est mutẽtum ad supplendũ defectum: vt patet ꝙ illud verbũ/qõ amplius est a malo est: hoc est nõ tuo: sed illi⁹ a quo cogeris iurare: scz ab infirmitate illius/ꝙ malum est vt dicit glosa marginalis. ad auctoritatẽ Jacobi dicatur eodẽ modo q̃ nõ est iurandũ nisi ꝓ loco ⁊ tẽpore.

¶ Tertio obijcit: aliquis actus iurãdi est licitus ⁊ meritorius: ergo est appetẽdus/etiã ꝓpter se. ¶ Quarto: talis actus licitus generat habitũ virtutẽ: ergo habitus iurãdi est bonus. ¶ Ad tertiũ cõcedo ꝙ aliquis actus iurãdi est appetendus: sed nõ ꝓpter se: sicut ve potionẽ amara dicti⁹ est. ¶ Ad quartũ cõcedo ꝙ habitus aliqs iurãdi est bonus. iurare tamen in cõmuni nõ est bonum nec malum: hoc est/aliquod iuramentum est bonũ ⁊ aliquod malum: ⁊ habitus iurãdi cõmuniter ad malum inclinat: propterea est euitandus.

o S. est non stante q̃ est bonũ etc se appetẽdum per se

Dubitatur an liceat iurare ꝙ creaturas, ⁊ patet ex dictis q̃ sic. ¶ Cõtra hoc obijcit: nõ licet iurare ꝙ diabolũ: ergo non per qualibet creaturã. ¶ Insup.xxij.q.j. Si quis. dicit/si quis per capillũ vel caput iurauerit/vel alio modo blasphemo ꝓtra deũ visus fuerit: si in ecclesiastico ordine est/deponat̃. si laicus/anathematizetur. Et si quis ꝙ creaturas iurauerit/ acerrime castigetur. ¶ Respõdet: ꝙ creaturas tam pentitus reprobatas finaliter/nõ est iurãdum ne aliquid/tam etimonie illis dare videamur. per creaturas nõ sanctas possumus iurare: vt ꝙ lapidẽ: sicut dicit glosa ad Romanos primo: Testis est mihi conscientia mea: qui per lapidem iurat falsum/periurus est. ¶ Ad secundã auctoritatẽ dicitur ꝙ illic est sermo de his qui irreuerenter loquũtur de mẽbris humanitatis Christi ac si indigne et molestẽ ferrent incarnationem verbi.

Secundo circa hãc materiã queritur an oĩ iuramentũ sit obligatoriũ. ¶ Respondet. omne iuramẽtum licitum habẽs legitimũ materiã iuramenti/est obligatorium. licet autẽ res iurata sit licita: si obligẽ maiori bono prestat: nõ est materia iuramenti: vt nõ intrare religionẽ est licitũ: sed nõ licita materia iuramenti/sicut in distinctione. xxxviij. quarti diximus. Probat hec conclusio: omne ꝓmissum licitũ ⁊ circa materiã licitã est seruãdum: omne iuramẽtũ licitum est hmõi. igit. ¶ Secundo ad idẽ ratiocinor sic: omne peritum est peccatũ: vt post dicet. sed qui vt iuramẽtũ licitũ est periturus: ergo peccat: ⁊ nõ nisi qz iuramẽtũ suũ relinquit: igit. ¶ Tertio patet hoc ꝙ.c. Si vero. de iureiurã. vbi Alex.iij. archiepiscopo Senonen. dixit. Duximus tibi respõdendũ q̃ nõ est tutum quẽlibet cõtra iuramẽtum suũ venire: nisi tale sit q̃ seruatũ vergat in interitum salutis eterne. nec nos aliqut pare materiã volumus venẽdi cõtra iuramẽtum ꝓpriũ ne auctores periurij videamur: Hec obstat q̃ sit ꝙ metum extortum: vt patet ꝙ.c. nuperrime allegatũ: ⁊ patet ꝙ.c. Ad audiẽtiã. de his que vi metus. ⁊.xxij.q.iij. si alium. vt hec cõclusio intelligat̃/obijcimus de iuramẽto coacto dolose

et incauto ꝛ in quo dispẽsatur. ¶ Primo obijcit: matrimonij metu factũ iureiurãdo assertum est nullum: ergo cõclusio falsa. clare sic argumẽtor: cogat tyrannus metu cadẽte in cõstantẽ virũ Socratẽ cõtrahere cũ sua filia ꝙ verba de presenti ꝛ consentiat Socrates: qui si diceret se cõsentire ꝛ nõ cõsentiret/peccaret per mendacium: ꝛ sic nõ esset constans. cõsentit ergo: ꝛ tñ sic turãs nõ obligat tenere iuramentũ: etiã si ex culpa sua in talem metũ incideret / tenet cũ salute anime implere qõ potest: vt patet per. c. Veniens. de sponsa. ¶ Ido argumẽti solutio ne notetur/duplex esse metus. quidam cadit in constantem virum hoc est: ratione illius vir prudens debet flecti ꝛ consentire: esto ꝙ sibi relictus consentire nollet. mors/mutilatio/omnũ bonorum perditio/ iustum metum incutiũt. ius irritat aliquos cõtractus qui ꝙ metũ fiunt: in talibus homo nõ est obligatus perficere qõ iurauit: qz cõsensus ille nõ sufficit ad illum cõtractũ ratione irritationis a lege. ꝯsensus matrimonialis debet esse liber: vbi nõ est libertas/cõsensus est nullus: nec ad matrimoniũ sufficit: ꝛ ꝙ cõsequẽs nõ obligat ratione iuramenti matrimoniũ perficere. sed potest resilire sine peccato. ita cõtingit in aliquibus aliis contractibus quos glo. in. c. Abbas. de his q̃ vi aut metus. colligit in carmine inquiẽs. Tutor/iudicũ/vos/sacrũ/copula/votũ: hec sex vt facta de iure scias fore nulla. Cetera ius patitur: sed postea restituẽtur. Auctoritas tutoris ꝙ metũ extorta nulla est. ff. de auct. tu. l. j. ¶ vltimo. nõ tenet turpi dictio ꝙ metũ extorta. ff. de iudi. lege. ij. nec vos ꝓmissa per metũ vel soluta nõ tenet: qz est accessoria ad matrimoniũ. ff. eodẽ titu. si mulier. ¶ Si vos. sacrũ/hoc est res ecclesie promisse ꝙ metũ cũ iuramẽto nõ obligãt iurãtẽ ad implẽtionẽ. xv. q. vi. c. ꝓmo de iureiurã. c. Peruenit. sexto votũ ꝙ metũ factũ nõ tenet. de his q̃ vi metus ve causa fiunt. c. primo. In aliis casibus tenẽt illa que per metum fiunt: cum possint fine interitu satis seruari: tñ subuenittur metum passo per actionem ꝙ metus causa. ¶ Secundo argumẽtor: si ciuis Socrates in nemore qui iureiurãdo timore mortis ꝓmittat grassatoribus nolle: talis potest pecuniã soluere sicut supponit: ꝛ nõ est ꝓtra salutẽ anime sue hãc pecuniã dare: ꝛ tñ non tenet pecuniã dare supposito ꝙ habeat dispẽsationẽ a papa: vt patet in. c. Si vero. de iureiurã. ¶ Respondet/si Socrates potest habere clientes in sufficiẽti numero sine suis impẽsis ad captendos sicarios debet soluere ꝛ tenere iusticiandũ. Sin aliter/potest capere absolutionẽ ab ẽpo qui eũ a iuramẽto relaxabit: ꝛ tñe nõ tenebit̃ soluere: qz ẽps potest absoluere turantẽ quãdo iuramẽtũ cõtinet turpitudinẽ ex parte recipiẽtis ꝛ in eius odium. et licet ẽps possit absoluere: bene ageret soluendo/ si aliud remedium occurrat ipsi iuranti per qõ nõ perdet suã pecuniã: vt si quis iurauit fenerario dare pecuniam fenebrem/illã dabit sed postea repetet. vt patet in. c. Debitores. de iureiur. nihil iurauit de illo. vel dicat iudici vt iudex suo officio cogat fenneratorẽ remittere iurãti. Si vero iurauit pecuniam dare/ꝛ eã nõ repetere/ nec iudici nec alicui denunciare/sed oĩno de dato silere: tũc iuramẽtũ est incautum ad qõ seruãdũ iurans nõ est obligatus'. ¶ Sed contra hoc obijcit: casu stante quo Socrates iurauit grassatoribus dare mille: ꝛ sic perdet suã pecuniã irreuperabiliter si eã det, seruare iuramẽtũ est de iure diuino: ꝛ a quo ẽps nõ potest absoluere ꝛ relaxare: quia si sic ius diuinũ tolliꝫ. ¶ Respondet: pro rationabili causa potest ẽps in iuramẽto ꝛ in voto dispensare. modo hic est rationabilis causa/in odiũ grassatorũ/ꝛ in fauorẽ innocẽtis ꝛ iustitie ne hac via violet ab improbis. multa sunt que fiue dispensatione essent peccata que nõ erãt peccata dispẽsatione habita a superiore: patet in furto ꝛ in aliis materiis. a fortiore in voto ꝛ in iureiurãdo que tãgunt ius diuinũ: ꝛ ieiunia solũ ius humanũ. quãdo constat ꝙ est illicitũ seruare iuramentũ ꝓpria auctoritate homo contrauenit: qz nõ est obligatus seruare iuramentũ. in casu ancipiti habeat dispensatio superioris. seruare illud qõ vouetur in ꝓpijs terminis/nõ est de iure diuino: patet/ si ille cui iuratur remittat: vel si votum equualens aliud vel maius: eodẽ modo si a superiori fiat relaxatio: vt in proposito. ¶ Tertio obijcit: iuramentũ dolosum nõ obligat: ꝛ tamẽ est iuramentũ: igit̃. cõsequentia tenet cũ minore: ꝛ ꝓbat̃ maior: nemo obligatur obligatione speciali ad aliquid nisi se obligare intendit: ꝛ patet in materia voti in distinctiõe. xxxviij. quarti. ergo nec in iuramẽto. sed dolose iurans nõ intẽdit se obligare: immo intendit se nõ obligare fortasse: ergo talis nõ obligat̃ seruare iuramentũ. ¶ Respondet: dolose iurãs non obligat̃ seruare iuramentũ: cũ nõ intẽdat se obligare ad faciendum qõ iurat. tenet̃ tamẽ seruare aliũ indemnẽ: vt dolose iurauit dare tibi ligna pro hyeme vel vinũ/tempore quo habere solent bono foro: ꝛ tu in me cõfidis: ꝛ propterea tibi non prouides: ꝛ iactura incurris ex meo dolo: teneor̃ te relleuare: quoniam causam dedi tuo damno. ¶ Contra illud obijcit: ordinẽ sacrũ recipiens tenet̃ seruare cõtinentiã: esto ꝙ hoc nõ intendat: ergo iurãs facere a/ꝛ intendens oppositũ/tenet̃ hoc seruare. Secũdo sic: dolose iurans cõtrahere cũ aliqua tenetur matrimoniũ perficere: ergo sic in iuramento. Tertio sic: omne iuramentũ licitum est seruãdũ: iuramẽtũ dolosum est huiusmodi: igit̃. Quarto: fraus ꝛ dolus nulli debent patrocinari, si dolose iurans nõ est obligatus seruare iuramentũ: ꝛ nõ dolose iurans est obligatus iusiurandũ seruare: ergo dolus patrocinat̃ suo factori. ¶ Ad primũ respõdetur: acciptens ordines intendit formaliter vel equiualenter seruare cõtinentiã. Formaliter vult ordines capere qui habẽt cõtinentiam annexã: ergo vult cõtinentiã: saltem cõtinẽtiã vult. quãdo a/ꝛ b/sunt inseparabiliter annexa/volens formaliter a/virtualiter ꝛ equiualenter/b/vult. ¶ Ad secũdũ nego antecedẽs. ꝛ antecedẽre cõcesso/ cõsequẽtia est nulla in alia materia. in matrimonio excõmunicatione fulminabitur vt matrimoniũ ꝑficiat: post q̃ ita dixit in facie ecclesie: ergo vt se ab excõmunicatione purget/debet contrahere: ꝛ cõsentire de nouo/si nõ cõtraxit realiter cum aliqua alia. ¶ Ad tertiũ distinguo: vel si homo nõ intendat se obligare: nego. si intendat se obligare: verũ est: si nõ probligetur aliũde ꝙ causam rationabilẽ. si Socrates furet ꝑlatoni ꝙ nõ stabit cõtra eũ: nihil lominꝰ potest stare cõtra eũ ꝓ se/vel ꝓ ecclesia sua/vel ꝓ cõmunitate sua/vt dicit glo. in. c. Petitio. de iureiuran. ¶ Ad quartũ cõcedo matorẽ cũ minore: sed nego cõsequentiã. dolus nõ patrocinatur iurãti dolose: cũ peccet iurando dolose. qui nõ iurat dolose/nõ peccat: ꝛ ꝙ sequẽs dolus nõ patrocinatur ipsi dolum habẽti. ¶ Quinto argumẽtorum occidere hominẽ nõ obligat: immo adhuc manet obligatus nõ occidere: qz qõ erat illicitũ ante sacramẽtũ nõ fit licitũ post sacramẽtũ: ꝛ tñ est iuramẽtũ, igit̃. ¶ Respondet: istud iuramẽtũ est incautũ: propterea nõ est seruãdũ sed rescindẽdũ. in turpibus ꝓmissis rescinde fidem. in turpi voto muta decretũ. xxij. q. iij. ¶ Magister in litera recitat. iuramentũ vocat incautũ quãdo trãsit sup materiã illicitã/vel materiã de se licitã/sed non est licita materia iuramẽti: vt iurare. velle religionẽ nõ intrare. esto ꝙ liceat religionẽ nõ ĩtrare: nemo tñ debet se ꝓmittere nolle vel se obligare ad nõ intrãdũ religionẽ: quia

+ credideris vta tñ annexam obligatoꝛ iuramẽto dñi juraꝫ ff. animã juranti ſtr̃ orthi ſuo cominẽtia. ⁊ velle jurare nõ tñ ex juramẽto manere obligatũ ẽſt velle cõtra victoria ẽxtuah juramẽto. n. licito ⁊ debito in Republi ẽſt annexa obligatõ. 2ae. 22ae. q. 89. ar. 7.

